Annum aetatis vigesimum quartum agens Abrahamus agnitum universi opificem adoravit. angelus autem dei docuit eum Ebraicum sermonem, sicuti idem angelus Mosi dixit, ut est in parva Genesi. sed et Aramus uxore ducta Lotum genuit ac filiam Melcham, quae Nachori nupsit.

Abrahamus iam sexagenarius, cum videret se suadendo patrem ceterosque domesticos a superstitioso simulacrorum cultu deducere non posse, noctu clam omnibus fanum simulacrorum incendit. quae cum conflagrarent, fratres re intellecta prosiluerunt, ut ex medio igne simulacra eriperent; et Aramus cum eam rem maiori conatu moliretur, in medio incendio periit. hunc cum pater simulacrorum opifex in Ure Chaldaeae regionis urbe humasset, inde Charras Mesopotamiae urbem commigravit. eo loci Abrahamo, cum per quindecim annos in familia patris vixisset, nocte quadam subiit ex siderum motu insequentis temporis statum considerare, quippe non mediocriter omnem eam scientiam patris doctrina atque exercitatione tenenti. ergo singulis de quibus quaerebat consideratis, supervacaneam esse universam istam curiositatem deprehendit,

αὖθις τὸν θεόν, εἰ βούλοιτο, μετασκευάσαι πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὰ προεγνωσμένα. πᾶσιν οὖν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐξ ὅλης ἀποταξάμενος ψυχῆς καὶ σπουδῆς, καὶ τελείαν τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας δοὺς τὴν ἀπόδειξιν, ἀκούει παρὰ τοῦ θεοῦ "ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ C
ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου." καὶ ἐξελθὼν ἅμα τῇ γυναικὶ Σάρρᾳ καὶ Λὼτ τῷ ἀδελφιδῷ μετοικίζεται εἰς τὴν Ἀρφαξὰδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μερίδα, ἣν οἱ Χαναναῖοι κατασχόντες γῆν Χαναναίων προσηγόρευσαν, ὢν ἐτῶν οε'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος τρισχιλιοστὸν τριακοσιοστὸν ὀγδοηκοστὸν ἕβδομον. ἐλθὼν δὲ Ἀβραὰμ εἰς Συχὲμ κατὰ θεῖον χρησμὸν ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ καὶ Ἀγγαί. διαπεράσας δὲ τὸν Εὐφράτην τὴν προσωνυμίαν ἔλαβεν· Ἑβραῖοι γὰρ περᾶται λέγονται. οἱ δὲ ἀπὸ Ἔβερ λέγουσιν αὐτοὺς καλεῖσθαι Ἑβραίους. καὶ τῷ πα' ἔτει αὐτοῦ, ἤτοι τῷ ζ' ἔτει τῆς αὐτοῦ παροικίας, κατῆλθεν εἰς Αἴγυ- D
πτον μετὰ Σάρρας.

Τούτοις τοῖς χρόνοις ἤκμασε Μελχισεδέκ, παρθένος ἱερεὺς ἀγενεαλόγητος, ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ προτυπῶν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. υἱὸς δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ Σίδου βασιλέως, υἱοῦ Αἰγύπτου, ὃς καὶ κτίζει Σιδῶνα πόλιν. ἀπάτωρ δὲ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος λέγεται διὰ τὸ μὴ ἐξ Ἰουδαϊκῆς γενεᾶς κατάγεσθαι καὶ διὰ τὸ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ πονηροὺς ὄντας μὴ ἀριθμεῖσθαι μετὰ ὁσίων. καὶ ὅτι τῶν Χαναναίων ἄρχων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐβασίλευε· μελχὶ γὰρ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται, σεδὲκ δὲ δικαιοσύνη. Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ ἡ πόλις ὠνομάσθη, πρῴην

quod deus pro sua voluntate omnia quae divinatio praedixisset mutare posset. itaque haec et alias id genus res serio atque toto corde repudians, perfectamque deum colendi pietatem demonstrans, ita est a deo compellatus: "egredere ex terra tua et gente tua et ex familia tua." itaque cum uxore Sara et fratris filio Loto in portionem progenitoris sui Arphaxadi commigravit, qua potiti tum Chananaei eam terram Chananaeorum denominaverunt, annos natus 75, anno mundi 3387. Abrahamus ergo Sichemum ut venit, monitus oraculo, altare inter Bethelam et Angaeam exstruxit. inde Euphrate transmisso Ebraeorum cognomentum cum suis invenit (nam a transeundo Ebraei dicuntur), quanquam ab Ebero alii id nomen deductum sentiant. anno aetatis suae 81, seu peregrinationis septimo, in Aegyptum cum Sara descendit.

Floruit eo tempore Melchisedecus, caelebs, sacerdos, et ignotae stirpis, qui incruentam victimam Christi dei nostri pane et vino iam tum repraesentabat. sane is filius fuit Sidae regis, filii Aegypti: sed patre ac matre carere incertaeque stirpis dicitur, quod genus suum a Iudaeis non duxit, et quia parentes eius, homines mali, cum piis non recensentur; tum quod Chananaeis imperans Ierusalemam regno tenebat: melchi enim regem, sedec iustitiam significat. Ierusalem urbis no-

P 28 Ἰεβοῦς λεγομένη διὰ τὸ Ἰεβουσαίους οἰκεῖν ἐν αὐτῇ. τὸ γὰρ Ἰεβοῦς κατὰ τροπὴν τοῦ β εἰς ρ γίνεται Ἱεροῦ· τὸ δὲ σαλὴμ προστεθέμενον Ἱερουσαλὴμ ὄνομα ἀποτελεῖ. σαλὴμ γὰρ εἰρήνην σημαίνει. τοῦτο δὲ ὠνομάσθη ἢ διὰ τὸ τὸν Μελχισεδὲκ ἱερατεύειν θεῷ ἐν αὐτῇ, ἢ διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τοῦ θεοῦ κατὰ τόπον. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου γέγονε· δύο γὰρ ποταμοὶ ὅ τε Ἰὸρ καὶ ὁ Δὰν μιγνύμενοι καὶ ἕνα ποταμὸν ἀποτελοῦντες καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἥνωσαν. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ ἀλλοτρίου ἔθνους καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Μελχισεδὲκ κατάγεται, οὐκ ἐγράφη δὲ πότε ἐγεννήθη καὶ ἀπὸ ποίου πατρὸς καὶ μητρὸς ἢ πότε ἀπέθανε, δικαίως ἂν λέγοιτο μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν αὐτόν· οὐ γὰρ ἠδύνατο
B γενεαλογηθῆναι, ἐκ τῶν παραλειφθέντων ἐθνῶν καταγόμενος.

Τῷ δὲ πϛʹ ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ ἔτεκεν Ἄγαρ τὸν Ἰσμαήλ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γτϟηʹ. καὶ πῦρ κατὰ τῆς Πενταπόλεως ὑετίζει θεός, καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ αὐτῆς ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς, καὶ τῆς προκειμένης θαλάσσης νεκροῦται τὰ ὕδατα. μετὰ ταῦτα τῆς κατὰ Μαβρῇ δρυὸς ἀπαναστὰς ὁ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸ φρέαρ κατασκηνοῖ τοῦ ὅρκου. ἑαυτῷ δὲ ἰδίᾳ καὶ τοῖς οἰκέταις αὐτοῦ κατὰ συγγενείας πηξάμενος σκηνάς, τότε πρῶτον Ἀβραὰμ τῆς σκηνοπηγίας ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας
C ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτήν, ἣν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Ἰουδαῖος ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. ἐκ γοῦν τοῦ Ἰσμαὴλ Ἰσμαηλῖται οἱ Σαρακηνοὶ ὀνομάζονται. Σαρακηνοὺς δὲ ἑαυτοὺς μετωνόμασαν, ἀπαξιοῦντες καλεῖσθαι δουλικῶς Ἀγαρηνοί· οἱ δέ φασιν ὅτι Σάρρα τὴν Ἄγαρ

men est, cum ante Iebus appellaretur ab incolentibus eam Iebusaeis. nam B in R mutato ex Iebu fit Ieru; cui additum salem Ierusalem absolvit. est autem salem pax; idque nomen loco obtigit, vel quod Melchisedecus deo ibi sacrificabat, vel quod ibi fanum dei erat. eodem modo Iordani nomen est factum: duo enim amnes Ior et Dan confluentes unumque fluvium reddentes nomen quoque ei suis in unum compositis dederunt. quoniam vero Melchisedecus non Abrahami sed aliena familia ortus fuit, neque scriptum est quando, quo patre, qua matre natus aut quando mortuus sit, recte dici possit eum neque initium dierum neque finem vitae habere, cum ex non commemoratis gentibus orti genus recenseri nequiverit.

Anno Abrahami 86, mundi 3398, Agar Ismaelum peperit. tunc igneum imbrem Pentapoli deus immisit, universoque ibi deleto hominum genere ipsas etiam urbes solo complanavit, ac maris vicini aquas enecavit. inde a quercu quae ad Mambren erat digressus Abrahamus ad puteum iurisiurandi tabernaculum fixit; cumque seorsim sibi seorsim servis per familias exstruxisset casas, tunc primum septem dies ob tabernacula fixa festos egit; quod adhuc Iudaeis est solenne. ab Ismaelo Ismaelitae dicuntur, iidemque Saraceni. hoc nomen sibi sumpserunt, cum ab ancilla Agareni appellari indignarentur. alii dicunt, quod Sara Agaram

κενὴν ἐξαπέστειλε κληρονομίας. παροικήσας δὲ ἐν Γεράροις, τὴν νῦν Ἀσκάλωνα λεγομένην, μετὰ τὴν τῆς Σάρρας τελευτὴν ἔλαβε τὴν Χεττούραν εἰς γυναῖκα, ἐν τῷ γήρᾳ αὐτοῦ· ἀφ᾽ ἧς ἔσχεν υἱοὺς πέντε, Ζεμβρίαν Ἰεξὰν Μαδὰμ Μαδιὰμ Ἰεσβών.

Ὅτι ὁ Λὼτ χωρισθεὶς τοῦ Ἀβραὰμ κατῴκησεν εἰς Σόδομα δι᾽ ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς, ἐχούσης πέντε πόλεις, Σόδομα Γόμορρα Ἄδαμα Σεβοΐν καὶ Σηγώρ, καὶ τοσούτους βασιλεῖς. D *τούτοις οἱ πλησιόχωροι τέσσαρες βασιλεῖς Σύρων ἐπολέμησαν, ὧν ἡγεῖτο Χοδολλογομὸρ βασιλεὺς ὁ Ἰλάμ. συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλικήν. καὶ καλεῖται νῦν θάλασσα νεκρά, πλεῖστα θαυμάσια ἔχουσα, ἃ ἐγὼ ἐθεασάμην. ζῷόν τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο φέρει τὸ ὕδωρ, καὶ νεκρὰ μὲν σώματα ὑποβρύχια γίνεται, ζῶν δέ τις οὐδ᾽ ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιτο. καὶ λύχνοι μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. ἐνταῦθά εἰσιν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί. φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλας ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γάρ εἰσι καὶ διαυγῆ. ἔνθα δ᾽ ἂν καρπὸς εὑρεθῇ, καπνοῦ πλέον εὑρίσκεται οὐδέν. τὸ δὲ ὕδωρ* P 29 *ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχον τὰ ἐναντία. εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχεν ὁ τόπος τροφὴν ὡς πορφύραν διατρέχοντα καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔληξεν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται. ἔστι δὲ παρ᾽ αὐτῇ πάμπολυ τὸ βαλσάμου φυτόν. ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν.*

absque ulla hereditate amandaverit. postea Abrahamus Geraris, quae nunc Ascalon dicitur, inquilinum egit, et a morte Sarae Cheturam uxorem senex duxit, ex qua filios habuit quinque, Zembriam Iexanum Madamum Madianum ac Iesbonem.

Lotus ab Abrahamo se cum separasset Sodomam ob telluris praestantiam atque elegantiam incoluit; in qua urbes erant quinque, Sodoma Gomorra Adama Seboim et Segor, totidemque reges imperabant. his quinque regibus quattuor finitimi Syrorum reges bellum fecerunt, ductore Chodollogomore Ilami rege. praelium commissum est apud salsum mare, quod nunc mortuum vocatur; quo in mari permulta sunt admirabilia, quae ipse spectavi. nam neque animal ullum ea aqua profert, et cadavera sub aquas decidunt, vivus autem aliquis non facile corpus suum sub aquam mergere possit; et lucernae ardentes quidem innatant, exstinctae autem submerguntur. ibi bituminis sunt fontes. fert etiam alumen ac salem modico ab aliis discrimine: nam et amara sunt et pellucida. ubi vero fructus reperitur, nihil quicquam praeter fumum reperitur. aqua sanitatem utentibus confert, prorsusque omnia eorum quae aliis accidunt aquis contraria habet accidentia. quodnisi is locus Iordanem pro nutrimento haberet, qui purpurae instar perlabitur ac plurimum resistit, opinione etiam citius desiisset. iuxta balsamum uberrime provenit. ob impietatem accolarum subversa a deo ea loca existimant.

Ὅτι ὁ Ἰσαὰκ γέλως μεθ' ἡδονῆς ἑρμηνεύεται· διὰ γὰρ τὸ ἐπιμειδιᾶσαι τὴν Σάρραν τῇ θείᾳ τοῦ ἐν γήρᾳ τοκετοῦ ἐπαγγελίᾳ κέκληται οὕτω κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον. γεννηθέντος Ἰσαὰκ ἔτος ἦν κόσμου ,γυιγ΄.

B Κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰσαὰκ ἐγεννήθη, ἐν Κρήτῃ ἄρξαι Κρόνον καὶ Ῥέαν Ἕλληνες ἱστοροῦσι. τοῖς δὲ τὸν Ἀτλάντιον κόλπον οἰκοῦσι τοῦ ὠκεανοῦ πρῶτον Οὐρανὸν τοὔνομα βασιλεῦσαι, γήμαντα Τιτάν, ἀφ' οὗ Τιτᾶνας ὀνομασθῆναι. τοῦτον λέγουσι γενόμενον ἐπιμελῆ παρατηρητὴν τῶν ἄστρων πολλοῖς προλέγειν τὰ κατὰ κόσμον.

Τῷ δὲ πε΄ ἔτει Ἀβραὰμ λιμοῦ γενομένου κατέβη αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον. ἐν τούτῳ τῷ ἔτει τῆς Κρήτης βασιλεύει Ζεὺς ὁ τοῦ Κρόνου υἱὸς καὶ Ἥρα. γίνεται δὲ καὶ ὁ Τιτάνων πρὸς Δία πόλεμος. καὶ Διόνυσος, οὐχ ὁ τῆς Σεμέλης ἀλλ' ἄλλος τούτου
C πολὺ ἀρχαιότερος, τὸν οἶνον ἐξεῦρε καὶ ἐν τοῖς ληνοῖς ἀπέθλιψεν, ἀφ' ὧν καὶ Ληναῖος ὠνομάσθη. ὡς καὶ Δήμητρα λέγεται ἐφευρεῖν τὸν σῖτον καὶ τὴν κριθήν. αὕτη δέ ἐστιν ἡ παρ' Αἰγυπτίοις τιμωμένη Ἶσις. ὁ δὲ Διόνυσος παρ' Αἰγυπτίοις Ὄσιρις λέγεται. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Μαρσύου τοῦ Φρυγὸς ἔρις κατὰ τοὺς μύθους πρὸς Ἀπόλλωνα διὰ τὴν κιθάραν· ἐλθεῖν πρὸς Διόνυσον εἰς Νύσσαν, κἀκεῖ τὸν Μαρσύαν ἡττηθέντα ἐκδαρῆναι ζῶντα παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος διὰ τὴν ὀργήν, τάς τε χορδὰς ἐκρῆξαι καὶ τὴν

Isaaci vocabulum risum a voluptate profectum notat. Ebraica enim lingua id ei nomen factum est, propterea quod Sara audita divina prolis sibi in senectute futurae promissione subriserat. natus est Isaacus anno mundi 3413.

Eodem tempore in Creta Saturnum et Rheam regnasse Graeci narrant. qui vero ad Atlanticum Oceani sinum incolunt, eos primum regem habuisse Caelum, qui uxorem Titan habuerit, unde Titanes appellati. hunc ferunt accurate astrorum cursus observasse, ac multis quae in mundo eventura erant praedixisse.

Abrahamus annum agens 85 fame oborta in Aegyptum descendit. eodem anno Iuppiter Saturni F. cum Iunone Cretae regnum tenuit. tunc et Titanes bello Iovem tentarunt; et Bacchus, non Semeles ille filius sed alius multo vetustior, vinum repperit, inque torcularibus (lenus Graeci vocant) expressit, unde ei Lenaei cognomen. ita etiam Ceres frumentum fertur et hordeum invenisse. haec est quae Isidis nomine ab Aegyptiis colitur. iisdem Bacchus est Osiris. ea tempestate, ut fabulis perhibetur, Marsyas Phryx et Apollo, cum eis incidisset de cithara contentio, ad Nysam, ubi Bacchus erat, accesserunt, atque ibi Marsya superato Apollo per iram pellem vivo detraxit, ruptisque fidibus inventum

εἰρημένην ἁρμονίαν ἀφανίσαι. ὕστερον δὲ Μούσας καὶ Ὀρφέα ταύτην ἀνευρεῖν Λίνῳ.

Τότε καὶ τοὺς παῖδας τοῦ Οὐρανοῦ ἀκμάσαι, ὧν τὸν μὲν D Ἄτλαντα ἐπιφανέστατον γενόμενον λαχεῖν τοὺς παρὰ τὸν ὠκεανὸν τόπους. καὶ πρῶτόν φασι τὴν ἀστρολογίαν ἐξακριβῶσαι καὶ τὸν σφαιρικὸν λόγον ἐξενεγκεῖν, ἀφ' ἧς αἰτίας δόξαι τὸν κόσμον ἐπὶ τῶν Ἄτλαντος ὤμων ὀχεῖσθαι.

Ἐν τῇ λεπτῇ Γενέσει κεῖται ὅτι Μαστιφὰτ ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων προσελθὼν τῷ θεῷ εἶπεν "εἰ ἀγαπᾷ σε Ἀβραάμ, θυσάτω σοι τὸν υἱὸν αὐτοῦ." τῷ κε' ἔτει τοῦ Ἰσαὰκ προσήνεγκεν αὐτὸν Ἀβραὰμ εἰς θυσίαν ἐν τῷ ὄρει Σιών· εἰς ἐκεῖνον γὰρ τὸν τόπον τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησεν Ἀβραάμ, ἔνθα ὕστερον ὁ P 30 Δαβὶδ τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο. τύπος δὲ τῆς μὲν θεότητος ὁ Ἰσαάκ, τῆς δὲ ἀνθρωπότητος ὁ κριός. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ χρόνος ἰσάριθμος· τρεῖς γὰρ ἡμέραι καὶ τρεῖς νύκτες ἐνταῦθα κἀκεῖ.

Ὅτι πρὸ τῶν προφητῶν τῷ Ἀβραὰμ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος φανεὶς ἐν ἀνθρώπου σχήματι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν θεσπίζει, ἣν καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος εἰς πέρας ἤγαγεν διὰ τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. καθὼς δέ φησιν ὁ Ἰώσηπος, πρῶτος Ἀβραὰμ δημιουργὸν τὸν θεὸν ἐκήρυξε, καὶ πρῶτος κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν Αἰγυπτίους ἐδίδαξε· κἀντεῦθεν ἐπέραστος καὶ παγγέραστος γενόμενος, ἠξίωσεν B ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γυμνασθῆναι τὰ περὶ ἀστρολογίαν καὶ μα-

concentum abolevit. postea temporis aiunt Musas et Orpheum rursus inventam Lino tradidisse.

Tunc etiam Caeli filios floruisse traditum est. ex his Atlantem maxime celebrem fuisse, atque huic obtigisse loca quae sunt ad Oceanum. eundem primum astrologiam accurate condidisse et de globo doctrinam protulisse; quae causa fuerit cur mundus Atlantis humeris gestari putaretur.

Scriptum est in parva Genesi Mastiphaten daemoniorum principem ad deum accessisse, ac dixisse "si te diligit Abrahamus, immolet tibi filium suum." Isaacum vigesimum quintum aetatis annum agentem deo ut sacrificium obtulit Abrahamus in monte Sion: ibi enim Abrahamus altare aedificavit, postea David templum fundavit. Isaacus divinae, aries humanae naturae exemplum fuit. sed et temporis quadrat numerus: tres enim dies ac totidem noctes et hic et ibi sunt.

Ante prophetas Abrahamo dei verbum in humana forma apparuit ac de vocandis ad salutem gentibus vaticinatum est; quam rem ad finem nostra aetate verbum dei perduxit, evangelii doctrina per omnes nationes didita. Iosephus auctor est principem Abrahamum deo universi opificium adscripsisse, primumque Aegyptiis, cum ad eos se contulisset, numerorum ac caelestium motuum scientiam tradidisse. ibi cum carus summoque in honore haberetur, rex ab eo, utpote multiplici

γείαν ἅτε πολυπείρου καὶ Χαλδαίου τυγχάνοντος. ἀστρολογία γὰρ καὶ μαγεία ἀπὸ Μαγουσαίων ἤτοι Περσῶν ἤρξατο· οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγὼγ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται. καὶ δὴ τῶν ἀστρολόγων καὶ μάγων συναθροισθέντων ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς συνήθεσιν ἐκαθέσθη, καὶ ἡσυχίας γενομένης ὁ Ἀβραὰμ ἔφη "μαθεῖν βούλομαι παρ' ὑμῶν τῶν σοφῶν, εἰ δύναται γένεσις καὶ μαγεία βλάψαι τινὰ ἢ ὠφελῆσαι κατὰ τὴν ὑμετέραν δόξαν." ἀφ' ὧν ἀποκριθεὶς ἀστρολόγος εἶπεν ἀδύνατον
C εἶναι ἄνθρωπον παρὰ γένεσιν τελευτῆσαι. ὑπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ κραταιῶς ἐξελεγχομένων τῶν ἀστρολόγων κελεύει ὁ βασιλεὺς ἀχθῆναί τινα δέσμιον, ὑποβαλόντος Ἀβραάμ, προκαταδικασθέντα πυρόκαυστον γενέσθαι. ἀχθέντος δὲ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς τὴν αὐτοῦ γένεσιν ἀκριβῶς ἐξερευνησαμένους τὸν τρόπον ζητῆσαι τοῦ θανάτου. τῶν δὲ συνεχῶς διασκεψαμένων, καὶ εἰπόντων ὅτι πυρποληθεὶς πάντως ἀποθανεῖται, τῆς γενέσεως μάλα σαφῶς τοῦτο διαγορευούσης, ἀλλ' οὐ νῦν, ἔχει γὰρ ἔτι χρόνους ζωῆς, καὶ οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα τῆς τελευτῆς αὐτοῦ. καὶ ὁ βασιλεὺς
D "ἐγὼ σήμερον τοῦτον" φήσας "ἀπαλλάξω τοῦ διὰ πυρὸς θανάτου, τῷ ὕδατι ἀνελών," καὶ οὕτω παραυτὰ ποιήσας, ἔργῳ παρέστησεν ὅτι δύναταί τι παρὰ γένεσιν γενέσθαι. ἡσυχασάντων δὲ πάντων φησὶν ὁ Ἀβραὰμ "οὐ μόνον οἱ ἄνθρωποι ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα ζῷα ὑπόκεινται γενέσει. ἀλλὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριον ἐν ἑαυτοῖς, μὴ ὑποκείμενοι γενέσει, καθότι τῆς γενέ-

peritia instructo ac Chaldaeo, contendit uti astrologiam ac magiam patefaceret. astrologia enim et magia a Magusaeis seu Persis orta est: et quidem Persae ab indigenis Magog appellantur. ergo collectis astrologis ac magis rex cum Abrahamo et familiaribus consedit, factoque silentio, "ex vobis o sapientes," inquit Abrahamus, "intelligere cupio an secundum vestram opinionem nativitas ac magia prodesse homini aut nocere possit." ad haec astrologus respondit nullo modo fieri posse ut homo secus moriatur quam natalis hora ei portendat. ibi cum astrologos Abrahamus valide convinceret erroris, captivum quendam adduci rex iussit, ita monente Abrahamo, quem iudicis sententia iam ante igni comburendum damnaverat; mandavitque ut natales eius accurate examinarent, ac quo mortis genere periturus esset pronuntiarent. respondentibus iis post multam considerationem omnino hominem incendio periturum, idque perspicue nativitatem eius dictare, neque tamen id statim, quia tempus mortis eius nondum appetiisset, sed vitae adhuc aliquid restaret, "ast ego" inquit rex "hodie eum ab ignis pernicie vindicabo, in aqua suffocatum." simulque ita uti dixerat eum necans, re ipsa demonstravit aliqua contra natalitia decreta fieri posse. tacentibus inde omnibus Abrahamus ita fatur. "non homines modo, sed et bruta animantia fato natalicio subiecta sunt. enimvero homines in sese ipsis libertatem fato isti nequaquam obnoxiam habent: est enim nativitatis

σιως ἐκεῖνο πρεσβύτερον, ὅπερ ἐστὶν ἔννοια καὶ αὐτεξουσιότης,
ἐκ θεοῦ δηλαδὴ δεδωρημένη. ὅθεν τῶν ἀλόγων κρείττους ὄντες
ἡμεῖς μὲν κατ᾽ ἐξουσίαν ἀναιρεῖν αὐτὰ πεφύκαμεν. ἡμῶν δὲ ὡς
κρειττόνων τῶν ἀλόγων σὺ πάλιν ὡς βασιλεὺς κρείττων ἡμῶν
ὑπάρχεις, κατ᾽ ἐξουσίαν ὑπερέχων. ὡς οὖν ἡμεῖς κατὰ τὸ λογι- P 31
κὸν τῶν ἀλόγων ζῴων, οὕτω σὺ ὦ βασιλεῦ κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς
λόγον ἐξουσιάζεις ἡμῶν, ὥσπερ δὴ καὶ σοῦ πάλιν κρείττων ἀν-
θρώπων μὲν οὐδείς, θεὸς δὲ ἀόρατος καὶ πάντων δεσπότης καὶ
ποιητής, παρ᾽ οὗ καὶ τὸ συμφέρον αἰτεῖσθαι καὶ προσεύχεσθαι
δεῖ." φασὶ δὲ καὶ τούσδε τοὺς λόγους τὸν Ἀβραὰμ εἰπεῖν, πολ-
λὴν εἶναι μεταξὺ ἀληθείας καὶ συνηθείας τὴν διαφοράν. καὶ γὰρ
ἡ ἀλήθεια μὲν γνησίως καὶ ζητουμένη μόλις εὑρίσκεται· τὸ ἔθος
δέ, ὁποῖον ἂν ᾖ, εἴτε ἀληθὲς εἴτε ψευδές, ἀκρίτως ὑφ᾽ ἑαυτοῦ
κρατύνεται. καὶ οὔτε ἀληθεῖ ὄντι ἥδεται ὁ πατρόθεν αὐτὸ παρα-
δεξάμενος, οὔτε ψευδεῖ ἄχθεται, ὅτι οὐ κρίσει ψυχῆς ἰδίᾳ ἀλλὰ
προλήψει πιστεύει καὶ γνώμῃ τῶν πρὸ αὐτοῦ. ἐπ᾽ ἀδήλῳ δὲ τύχῃ B
τὴν ἰδίαν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα, οὐ ῥᾳδίως ἔχει τὴν πάτριον ἀποδύ-
σασθαι περιβολήν, κἂν πάνυ μωρὰ τούτῳ καὶ καταγέλαστος οὖσα
σαφῶς ἀποδείκνυται. οἱ μὲν οὖν πολλοὺς καὶ παντοπαθεῖς εἰση-
γούμενοι θεούς, τὰ ὅμοια δὲ αὐτοῖς καταπραττόμενοι, οὐδὲ αἰ-
δοῦνται τῷ τῆς κακίας παραδείγματι ἐπερειδόμενοι. οἱ εἱμαρμέ-
νην δὲ ἀναπλάττοντες καὶ γένεσιν, μηδὲν οὔτε ποιεῖν οὔτε πάσχειν

3 ἀναιροῦν P

fato quippiam antiquius, intellectus nempe et libera potestas sui, dei dono concessa. itaque nos brutis superiores potestate nostra in iis necandis uti solemus. nobis autem, qui bestiis praestamus, tu rursum regiae tuae potentiae ratione antecellis; et quomodo nos propter rationem in bruta, ita tu in nos magistratus causa potestatem obtines. iterum te quoque potentior est homo quidem nemo, sed deus invisibilis, omnium dominus atque conditor, a quo votis petendum est quod utile sit." ferunt et haec Abrahamum dixisse. "magnum est inter veritatem et consuetudinem discrimen, veritas siquidem, etiam cum probe investigatur, aegre invenitur, consuetudo, qualiscunque ea et sive verax sive sit fallax, ultro sine examine sese offert. tum neque ex consuetudine a maioribus sibi tradita, si recta sit, voluptatem, neque si fallax sit, molestiam homo percipit. non enim proprio animi sui iudicio, sed praeiudicio et maiorum sententiae credit; quo fit ut cum spem suam in incerto fortunae reposuerit, non facile paternum possit exuere amictum; quanquam id quae a maioribus accepit ei plane studium et ridiculum esse liquido demonstretur. iam qui multos et omnis generis affectiones perpessos deos statuunt, eosque imitantur, hos ne pudet quidem exemplari pravitatis suae inniti. qui vero fatum et natales comminiscuntur, ac prodigiose nugantur contra haec nihil hominem neque agere neque

δύνασθαι παρὰ ταύτας τερατολογοῦντες, ἀδεῶς ἁμαρτάνουσιν, οὐκ εὐλαβούμενοι, ὡς ὑπὸ γενέσεως ταῦτα ποιεῖν ἀναγκαζόμενοι·
C *εἱμαρμένην γὰρ ἀναγκαστικὴν εἶναί τινα δύναμιν καὶ τῆς ὕλης φασὶ κινητικήν. οἱ δὲ πάλιν ἀπρονόητον φορὰν καὶ ἄθεον ἢ τυχαίαν εἰσηγούμενοι ὡς αὐτομάτως τῶν πάντων φερομένων (τύχην γὰρ αἰτίαν κατὰ συμβεβηκὸς καὶ σύμπτωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως εἶναι λέγουσι), καὶ οὗτοι πάλιν τοῖς ἴσοις περιπίπτοντες εἰς ἐσχάτους βυθοὺς ἀπωλείας καὶ βάραθρα ᾅδου καταντῶσιν.*

Ἰδὼν οὖν ὁ προειρημένος βασιλεὺς Γεράρων Ἀβιμέλεχ ἐν παντὶ ἔργῳ εὐοδούμενον τὸν Ἀβραάμ, Ὀχοζὰδ τὸν νυμφαγωγὸν καὶ Φίλοχ τὸν ἀρχιστράτηγον αὐτοῦ παραλαβὼν ἧκε πρὸς Ἀβραάμ, φιλίαν ἐπικυρῶν κραταιοτέραν, καὶ ὅρκον ἀπαιτῶν μὴ ἀδικήσειν
D *μήτ' αὐτὸν μήτε τὸ σπέρμα αὐτοῦ. καθὼς ἐγὼ ἐποίησα μετὰ σοῦ δικαιοσύνην ἐν ταύτῃ τῇ γῇ ᾗ παρῴκησας, οὕτω καὶ σὺ μετ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σπέρματός μου, ὅταν βασιλεύσεις ταύτης τῆς γῆς. δεινοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς τὸν μέλλοντα τούτους διαδέχεσθαι παντοδαποῖς τεκμαίρεσθαι συμβόλοις· καὶ γὰρ ἔμελλε διὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ γεννωμένων ἐκείνης τῆς γῆς βασιλεύειν Ἀβραάμ. προσωνείδισε δὲ τὸν Ἀβιμέλεχ περὶ τῶν ἀφῃρημένων φρεάτων ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παίδων. ἐκεῖ οὖν παρὰ τὸ φρέαρ γενόμενοι, καὶ πρόβατα καὶ μόσχους τεθυκότες, διαθήκην εἰρήνης ἀμφότεροι διέθεντο, ἐν*
P 32 *ἑπτὰ δὲ ἀμνάσιν ἑτέραις τὸν ὁρκισμὸν κατ' ἔθος ποιήσαντες εἰς ἀπόδειξιν ὅτι ὤρυξεν αὐτός, διὸ καὶ φρέαρ ὅρκου ὠνόμασται,*

perpeti posse, ii secure peccant, absque metu, utpote quos sua nativitas ita agere cogat. fatum quippe vim coactricem esse, quae materiae motum afferat. rursum qui sine providentia dei fortuito omnia ferri casuque universum hoc agi perhibent (esse enim fortunam causam per accidens, ac quiddam naturae aliunde accidens aut consilio), hi eodem incidentes in extremas profunditates perniciei ac voragines inferorum devolvuntur."

Videns ergo dictus Gerarorum rex Abimelechus Abrahami in omnibus rebus prosperitatem, assumptis Ochozado gynaecei praefecto et Philocho summo exercitus sui duce, ad Abrahamum venit, artioris amicitiae iungendae gratia; petiitque ab eo ut iuramento interposito stipularetur se ac posteros Abimelechum et posteros nulla iniuria affecturos, sed ubi regnum in istas regiones obtenturus esset, tum eam Abimelecho eiusque posteris aequitatem exhibiturum quam ipse Geraris inquilinum agens Abimelechi expertus esset. ceteroqui autem reges callent sibi successuros omnimodis indiciis praenoscere; et erat sane Abrahami posteritas in eas regiones dicionem consecuturat Abrahamus porro Abimelecho exprobravit puteos, quos eius famuli suis eripuissent. ibi ergo ad puteum congressi, mactatis ovibus et vitulis, foedus pacis invicem sanxerunt. aliis porro agnabus septem iuramentum rite peregerunt, ad demonstrandum quod ipse foderit; itaque etiam puteus iurisiurandi

καὶ οὕτως ἐκεῖσε εἰρηνικὰς διαθέμενοι, Ἀβιμέλεχ μὲν μετὰ τῶν οἰκείων οἴκαδε ἐπανῆλθεν, Ἀβραὰμ δὲ ἄρουραν ἢ λειμῶνα ἐπὶ τῷ τοῦ ὅρκου φρέατι φυτεύσας τὸ ὄνομα ἐπικέκληκε κυρίου, θεὸς αἰώνιος. εἰς βαθὺ οὖν γῆρας ἐλάσας Ἀβραάμ, καὶ γενόμενος ἐτῶν ρος', μετέστη πρὸς τὸν θεόν. τοῦτον Ἰσαὰκ καὶ Ἰσμαὴλ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν τῷ διπλῷ σπηλαίῳ μετὰ Σάρρας κατέθεντο.

Μετὰ ταῦτα ἀνδρωθέντος Ἰσαὰκ ἐγένετο λιμὸς ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. κωλύεται δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς Αἴγυπτον κατελθεῖν, B πανοικὶ δὲ εἰς Γέραρα πρὸς Ἀβιμέλεχ ἔρχεται τὸν βασιλέα Φιλιστιείμ. φησὶ δὲ καὶ αὐτὸς περὶ Ῥεβέκκας ὡς Ἀβραὰμ περὶ Σάρρας, „ὅτι ἀδελφή μου ἐστίν· ἦν γὰρ ὡραία σφόδρα. ἐκ δὲ τῆς παιδιᾶς γνοὺς Ἀβιμέλεχ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, αὐτὸν μὲν μέμφεται ὡς τἀληθὲς ἀποκρυψάμενον, ἀποφαίνεται δὲ πάντα τὸν ἁπτόμενον Ἰσαὰκ καὶ Ῥεβέκκας ἐνέχεσθαι θανάτῳ. οὕτως εὐλόγησε κύριος τὸν Ἰσαὰκ ἕως τέλους ὥστε ζηλῶσαι τοῦτον τοὺς Φιλιστιείμ, καὶ πάντα τὰ φρέατα ἃ ὤρυξεν Ἀβραὰμ ἐμφράξαι. μετὰ τοῦτο ἐν τῇ φάραγγι Γεράρων μεταβεβηκὼς ἀνεκάθηρε τὰ πατρικὰ φρέατα. ὤρυξε δὲ καὶ αὐτὸς φρέατα τρία, ὧν τὸ μὲν ἀδικίαν, C τὸ δὲ ἔχθραν, τὸ δὲ τρίτον εὐρυχωρίαν ὠνόμασεν. ἐντεῦθεν ἀνέβη ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου Ἰσαάκ, καὶ ὤφθη αὐτῷ κύριος ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς λέγων "ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τοῦ πατρός σου Ἀβραάμ, καὶ ἐγώ εἰμι μετά σου, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, δι' Ἀβραὰμ τὸν

appellatur. ita tum ibi pace sancita Abimelechus cum suis domum rediit. Abrahamus vero terra seu prato quod ad praedictum est puteum, plantis consito nomen domini dei aeterni invocavit. eum autem admodum senex factus annos 176 vixisset, ad deum ex hac vita concessit. eum Isaacus et Ismaelus filii in duplici spelunca iuxta Saram sepeliverunt.

Secundum haec, cum iam virilem aetatem Isaacus attigisset, fames iis in locis exstitit. atque is a deo in Aegyptum ire prohibitus cum tota familia Gerara ad Abimelechum Philistaeorum regem se contulit. Rebeccam tum uxorem suam, quod erat insigni pulchritudine, Abrahami de Sara simulationem imitatus, sororem esse suam dixit. sed Abimelechus cum ex lusu intellexisset eam uxorem esse, Isaaco obiurgato quod verum dissimulasset, capite sanxit ne quis Isaacum eiusve uxorem tangeret. deus autem Isaacum prosperitate perpetua beavit, adeo ut Philistaei invidentes ipsi omnes ab Abrahamo effossos puteos obturaverint. post haec Isaacus in vallem Gerarensem digressus patris puteos repurgavit, atque ipse etiam tres alios egit, quorum primo iniuriae, secundo inimicitiae, tertio amplitudinis nomen indidit. inde ad puteum iuramenti adscendit; noctuque ei dominus apparuit, itaque est affatus (Genes. 26) "ego sum deus Abrahami patris tui: tibi ego adsum, te beabo, tuamque progeniem ad stellarum caeli numerum adaugebo pro-

πατέρα σου." ἐκεῖ οὖν ὁ Ἰσαὰκ θυσιαστήριον δειμάμενος θυσίαν τῷ κυρίῳ ἀνέπεμψε, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ κατέπηξεν. ὥσπερ δὲ πρὸς Ἀβραὰμ πρότερον, οὕτω καὶ πρὸς Ἰσαὰκ μετὰ ταῦτα αὐτός τε Ἀβιμέλεχ ὁ Γεράρων βασιλεὺς καὶ Ὀχοζὰδ ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ καὶ Φιλὸχ ὁ ἀρχιστράτηγος τῆς δυ-
D νάμεως αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν ἐλθόντες διαθήκην εἰρήνης πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο, καὶ πρωῒ ἀναστάντες καὶ ὀμόσαντες ἀπῴχοντο μετὰ σωτηρίας ἀπ' αὐτοῦ.

Γίνονται δὲ ἀπὸ τοῦ διαμερισμοῦ τῆς συγχύσεως, ἕως οὗ ἦλθεν Ἀβραὰμ ἐκ Μεσοποταμίας ἐκ πόλεως Χαρρὰν καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατὰ κέλευσιν θεοῦ εἰς γῆν Χαναάν, ἥ ἐστι Παλαιστίνη, ἔτη χιϛ΄. ὑπῆρχε δὲ τότε ἐτῶν οε΄. διατρίψας δὲ εἰς Χαναὰν ἔτη κε΄ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν
P 33 ἔτη οε΄, καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ροϛ΄. ὃς καὶ τὰς εὐλογίας τοῦ Μελχισεδὲκ τοῦ θεσπεσίου βασιλέως Σαλὴμ ἐδέξατο, ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν γὰρ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὡς προείρηται.

Τοῦ Ἰσαὰκ ὄντος χρόνων λβ΄ τελευτᾷ Σάρρα, ἐτῶν οὖσα ἑκατὸν ὀκτώ. καὶ θάπτεται ἐν Χεβρών, ἥτις νῦν Ἐλευθερόπολις καλεῖται, ἐν τῷ σπηλαίῳ ὃ ὠνήσατο ὁ Ἀβραὰμ παρὰ Ἐφρὼν τοῦ Χετταίου τετρακοσίων δραχμῶν, ἐπὶ μαρτυρίᾳ τῶν υἱῶν Χέτ· ἀφ' οὗ καὶ τὰ διὰ γραμμάτων συμβόλαια οἱ Ἕλληνες ὁμολογοῦσι παρειληφέναι. Ἰσαὰκ δὲ τεσσαράκοντα ἐτῶν γενόμενος ἔλαβε

pter Abrahamum patrem tuum." eo itaque loco Isaacus altari exstructo rem deo sacram fecit, atque eo in loco tabernaculum suum collocavit. quomodo autem quondam ad Abrahamum, ita et ad Isaacum postmodo Abimelechus Gerarorum rex, Ochozado gynaecei sui praefecto et Philocho summo militiae praefecto comitatus, venit. quod enim deum Isaaco adesse sentirent, ideo ad eum accesserunt; mutuaeque pacis icto foedere, mane illi iureiurando invicem dato animis pacatis discesserunt.

A Babylonicae confusionis tempore usque ad Abrahami migrationem, cum scilicet iubente deo Carris Mesopotamiae paternaque domo relictis in terram Chananaeam, quae est Palaestina abiit, anni effluxerunt 616. erat tum annos natus 75. cum in Chananaea terra annos exegisset 25, Isaacum genuit, vixitque praeterea annos 76. mortuus ergo est annis vitae 176 actis. atque hic a Melchisedeco divino Salemi rege faustas comprecationes accepit, panem ac vinum, utpote a summi dei sacerdote, sicut paulo ante commemoravi.

Isaaco annos nato 32 Sara moritur, anno aetatis suae 108; ac sepulta est Hebrone (nunc Eleutheropoli nomen est) in spelunca, quam Abrahamus ab Ephrone Chettaeo quadringentis denariis emerat attestantibus Cheti filiis, unde et scriptas contractuum formulas Graeci se fatentur accepisse. Isaacus annum agens quadragesimum Rebeccam du-

τὴν Ῥεβέκκαν, θυγατέρα Βαθουήλ, ὃς υἱὸς Ναχὼρ ἦν ὄγδοος καὶ τελευταῖος· ὀκτὼ γὰρ ἦσαν ἀπὸ Μελχᾶς αὐτῷ παῖδες. Να- B
χὼρ δὲ ὁ πατὴρ Βαθουὴλ ἦν ἀδελφὸς Ἀβραάμ. τούτου ἔσχατος υἱὸς Βαθουὴλ πατὴρ ἦν Ῥεβέκκας καὶ Λάβαν τοῦ πενθεροῦ Ἰακώβ. τούτου νέμει τὰ πρόβατα ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι. Ῥεβέκκα δὲ στεῖρα οὖσα μετὰ εἴκοσιν ἔτη ἐγέννησε δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ υἱούς, τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠσαῦ, ἐν τῷ ξ' ἔτει Ἰσαάκ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γυοβ'.

Ὅτι κολλυρίδα ποιήσασα Ῥεβέκκα δέδωκε τῷ Ἰακώβ, καὶ εἰσήγαγε μεθ' ἑτέρων δώρων διὰ Ἰσαὰκ πρὸς Ἀβραάμ· ὃν κατέχων ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, εὐλογῶν πολυτρόπως, ἐτελεύτησεν ἀφυπνώσας ὁ Ἀβραάμ, τῷ ιε' ἔτει τῆς ζωῆς Ἰακώβ.

Τῷ δὲ με' ἔτει τῆς ζωῆς Ἰακὼβ ὁ Ἠσαῦ καὶ αὐτὸς ὁμόχρο- C
νος ὢν αὐτῷ ἔλαβε δύο γυναῖκας, Ἰουδὶθ τὴν θυγατέρα Βεὴρ τοῦ Χετταίου καὶ τὴν Μασεμὰθ θυγατέρα Ἐλὼν Ἐβαίου. Ἰακὼβ δὲ ἐτῶν ὑπάρχων ἑξήκοντα τριῶν οὐκ ἔγνω ὅλως γυναῖκα, ὡς αὐτὸς ἐξεῖπε τῇ μητρὶ Ῥεβέκκᾳ. τῷ δὲ ογ' ἔτει αὐτοῦ, τοῦ δὲ κόσμου ἔτει ͵γφμε' κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἀπέδρασεν Ἰακὼβ ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ δουλεύσας ἔτη ζ' ἔλαβε τὴν Λείαν, καὶ μετὰ ἕτερα ἑπτὰ ἔλαβε τὴν Ῥαχήλ. ἐκ μὲν οὖν τῆς Λείας ἐγέννησε τὸν Ῥουβείμ, τὸν Συμεών, τὸν Λευί, τὸν Ἰούδαν, τὸν Ἰσσαχάρ, τὸν Ζαβουλὼν καὶ τὴν Δίναν, ἐκ δὲ
τῆς Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, ἐκ δὲ τῆς παιδίσκης Βάλας τὸν Δὰν καὶ D

xit, filiam Bathuelis; qui Nachoris ultimus fuit et octavus filius. Nachor enim Abrahami frater ex Melcha uxore octo filios sustulit, interque hos postremo loco Bathuelem, patrem Rebeccae et Labani, eius qui deinde socer Iacobi fuit. nam Iacobus per totos viginti annos greges eius pavit. ceterum Rebecca cum esset sterilis, post viginti demum annos uno partu duos edidit filios, Iacobum et Esaum, Isaaco tum sexagenario, anno mundi 3472.

Rebecca parato edulio Iacobo id dedit, eumque una cum aliis donis Isaaci opera ad Abrahamum intromisit, anno aetatis suae decimo quinto. quem in gremio suo Abrahamus tenens multipliciter faustis comprecationibus beavit, somnoque solutus vitam finiit.

Iacobo anno nato 45 Esaus eodem natu duas duxit uxores, Iuditham Beeris Chettaei et Masematham Elonis Ebaei filias. Iacobus anno aetatis suae 63 nondum mulieris notitiam habuit, sicuti matri suae Rebeccae ipse rettulit. idem annos natus 73, anno mundi secundum accuratam supputationem 3545, Iacobus fratrem clam fugiens servitio septennali Leam uxorem meruit, rursusque septennium servitute functus Rachelem. ex Lea Rubenum Simeonem Levim Iudam Issacharem Zabulonemque filios et filiam Dinam sustulit, ex Rachele Iosephum, ex ancilla

τὸν Νεφθαλίμ, ἐκ δὲ τῆς Ζελφᾶς τὸν Γὰδ καὶ τὸν Ἀσήρ. εἰκοστὸν τοίνυν ἔτος διατρίψας μετὰ τοῦ Λαβὰν ἀπέδρα ἐξ αὐτοῦ, ὄντος τοῦ Ἰωσὴφ χρόνων τριῶν. διαβαίνων δὲ τὸν Ἰορδάνην ἐπευλογήθη καὶ μετεκλήθη Ἰσραήλ. ὁ δὲ Ἰακὼβ τῆς ὁράσεως ὑπομνησθεὶς ἣν ἐθεάσατο κατὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Μεσοποταμίαν, ἀνέρχεται εἰς Βαιθήλ. ἔνθα κατακοιμηθεὶς εἶδε τὸ ὅραμα. καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἃ ἐκέκτητο, τελευταῖον ὑποβάλλει κλήρῳ τοὺς παῖδας, καὶ τὸν Λευὶ τῷ θεῷ ἀφιεροῖ, ἐτῶν ὑπάρχοντα ιη', P 34 καὶ ἀρχιερέα ἀναδείκνυσι, δέκατον ὄντα ἀπὸ ἐσχάτου κατὰ τὸν τῆς ἀστρολογίας. Ῥουβεὶμ γὰρ διὰ τὴν παλλακὴν τοῦ πατρὸς ἐστερήθη τῆς τε βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης, πρωτότοκος ὤν. ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἰακὼβ πλησίον Σικίμων εἰς πόλιν Σαλήμ, ὑφίσταται ὑπὸ Σιχὲμ τὴν βίαν ἡ Δίνα· καὶ ἐκδικεῖται παρὰ Συμεὼν καὶ Λευί, παντὶ τρόπῳ διαχρησαμένων τοὺς περὶ τὸν Σιχέμ. ἔτι δὲ τίκτει ἡ Ῥαχὴλ τῷ Ἰακὼβ τὸν Βενιαμίν, καὶ τελευτήσασα θάπτεται ἐν τῷ Εὐφρανθᾷ, ἔνθα νῦν ἐστὶν ἡ Βηθλεέμ· μεταξὺ γὰρ τῆς Βηθλεὲμ καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, εἰς τὸν ἱππόδρομον, ἡ λάρναξ ἐστὶ τῆς Ῥαχήλ, ὑπερκειμένη τῆς γῆς. καὶ ἐπειδὴ τὸ ἐκ Λευὶ B γένος ἐπὶ Ἀαρὼν κατατρέχει καὶ Μωϋσῆν, ὧν ὁ μὲν ἱερατεύει ὁ δὲ στρατηγεῖ τῷ λαῷ, εἰκότως ἐξ αὐτῶν λαμβάνεται ἡ ἐκ τοῦ Ἰακὼβ γενεαλογία. Ῥεβέκκα δέ, ὥς φησιν Ἰώσηππος ἐν τῇ ἀρχαιολογίᾳ, ἠξίωσε τὸν Ἰσαὰκ ἀγαγεῖν Ἡσαῦ καὶ Ἰακὼβ καὶ διαλ-

Bala Danum ac Nephthalimum, ex Delpha Gadum atque Asserem. a Labano autem profugit, cum apud eum viginti annos fuisset, trimulo tum Iosepho; transmissoque Iordane a deo felix esse iubetur, atque Israeli nomen ab eodem accipit. proinde recordatus visionis quam suo in Mesopotamiam adventu viderat, Bethelam adscendit, ubi per quietem visio ista ei apparuerat. ibi cum omnia sua bona decimasset, ad extremum filiorum quoque instituta sortitione Levim annum aetatis decimum octavum agentem deo consecravit, ac eum sacerdotem constituit, erat is decimus ab ultimo, secundum astrologiae * Rubenus enim ob vitiatam patris pellicem, quantumvis primo omnium natus esset, et regno et sacerdotio spoliatus fuit. cum Iacobus prope Sichemam in urbem Salemam venisset, Sichemus Dinae per vim stuprum intulit, quam ulti sunt Simeon et Levis, internecione occisis cum Sichemo civibus. Rachel porro alium Iacobo filium peperit, Beniaminum nomine; ac mortua apud Eufratam sepelitur, ubi nunc est Bethlehema: etenim versus Hierosolyma a Bethlehema, qua equi decurrunt, supra terram exstat cippus Rachelis. et quoniam Levis genus ad Aaronem atque Mosen usque pertinet, quorum alter sacerdos alter ductor populi fuit, consentaneum fuit eorum genus ab Iacobo repeti. iam Rebecca a Iosepho in opere de antiquitate Iudaica perhibetur a marito hoc contendisse, ut in unum conductos Esaum et Iacobum in gratiam mutuam reponeret. fecisse hoc

λάξαι αὐτούς. ὃ δὴ καὶ ποιήσας, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς ἅμα, καὶ ἐνορκίσας εἰρήνην ἄγειν πρὸς ἀλλήλους καὶ τῆς πνευματικῆς οἰκειότητος ἀσπάζεσθαι τὴν διάθεσιν, προεῖπε τῷ Ἠσαῦ ὅτι ἐὰν ἐπαναστῇς τῷ Ἰακώβ, ἐμπεσῇ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

Μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰσαὰκ οἱ υἱοὶ Ἠσαῦ παρώξυναν τὸν πατέρα αὐτῶν κατὰ Ἰακὼβ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. καὶ καθοπλι- C σθεὶς μετὰ ἐθνῶν ἦλθε πρὸς πόλεμον. Ἰακὼβ δὲ ἀποκλείσας τῆς πόλεως τὰς πύλας παρεκάλει τὸν Ἠσαῦ μνησθῆναι τῶν προγονικῶν ἐντολῶν καὶ παραινέσεων. τοῦ δὲ μὴ ἀνεχομένου ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὑβρίζοντος, τοῦ Ἰούδα παρακαλέσαντος ἐνέτεινε τὸ τόξον Ἰακώβ, καὶ πλήξας κατὰ τοῦ δεξιοῦ μαζοῦ τὸν Ἠσαῦ κατέβαλε· καὶ τούτου τελευτήσαντος ἐξῆλθον τῆς πόλεως οἱ υἱοὶ Ἰακώβ, καὶ πάντας σχεδὸν ἀνεῖλον. τελευτῶσι δὲ πρότερον μὲν ἡ Ῥεβέκκα, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ Ἰσαάκ, τῷ Ἰακὼβ τῆς πρωτοτοκίας καταξιώσαντες τὰ γέρα.

Ὅτι ὁ Ἰσαὰκ ἑκατὸν ἐτῶν ἦν, ὅτε τὰς εὐλογίας τοῦ Ἠσαῦ D Ἰακὼβ ἔκλεψεν.

Ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ πολυσωμάτους ἀνθρώπους Αἰγύπτιοι ἱστοροῦσι γενέσθαι, τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων Γίγαντας ὀνομαζομένους, τοὺς καὶ δρακοντόποδας. τότε δὲ καὶ τοὺς Κουρῆτας λέγουσι γενέσθαι. οἱ δὲ ἀπογόνους τῶν Ἰδαίων,

ἀδελφικῆς
2 πνευματικῆς codex Xylandri

Isaacum, et utrumque interposita adhortatione ac iurisiurandi religione ad pacem redegisse, monitos ut fraternae necessitudinis haberent rationem; simul Esauo praedixisse fore ut si adversus Iacobum insurgeret, in eius manus incideret.

Isaaco mortuo Esaui filii patrem adversus Iacobum eiusque prolem excitarunt, ita ut adscitis nationum auxiliis armatus Iacobo bellum fecerit. at Iacobus urbis portis clausis Esauum monere uti parentis praeceptorum atque consilii memoriam recoleret. Esauo non modo dicta fratris aspernante, sed ferocius etiam quam antea sese agitante, Iudae suasu Iacobus arcum tetendit, Esauumque iuxta dextram mammillam ictum stravit. eo cadente Iacobi filii portis effusi eos qui ab Esauo stabant fere universos deleverunt. mortem Rebeccae paulo post subsecuta est mors Isaaci, cum uterque praerogativa primo nati filii Iacobum dignatus esset.

Isaacus centenarius fuit, quo tempore Iacobus Esauo debitam felicitatis imprecationem suffuratus fuit.

Aegyptii tradunt Abrahami et Isaaci aetate homines fuisse multicorpores; qui a Graecis Gigantes iidemque anguipedes nominantur. tunc etiam Curetas fuisse aiunt, alii autem Idaeorum posteros qui

οἳ ἐλέγοντο παρ' Ἕλλησιν εἶναι· καὶ Ἡρακλῆς εἷς τῶν Ἰδαίων δακτύλων.

Ὅτι οἱ Χαλδαῖοι ἀπὸ τοῦ Σὴμ κατάγονται, ἐξ ὧν ὁ Ἀβραάμ.

Ὅτι δεκαεπτὰ ἐτῶν ὁ Ἰωσὴφ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπράθη, μετὰ πέμπτον ἔτος τῆς τελευτῆς Ῥαχήλ, χρυσῶν ὀκτώ.

P 35 *Ὅτι τῷ ρκ' ἔτει τοῦ Ἰακὼβ Ἰωσὴφ ἦρξε τῆς βασιλείας Αἰγύπτου, τριακονταετὴς ὤν. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει τελευτᾷ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ζήσας ἔτη ρ' ὀγδοήκοντα· καὶ ἐτάφη ὑπὸ Ἰακὼβ καὶ Ἠσαῦ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. τῷ δὲ λη' ἔτει τοῦ Ἰωσὴφ ἤρξατο ὁ λιμός· οὐ γὰρ ἀνέβη ὁ Νεῖλος ἐν ὅλοις τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι τοῦ λιμοῦ, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ. μετὰ δὲ δύο ἔτη κατέβη Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον ἐν οε' ψυχαῖς, ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ὤν, ὁ δὲ Ἰωσὴφ τεσσαράκοντα. τελευτᾷ δὲ Ἰακὼβ ἑκατὸν τεσσαρακονταεπτὰ ἐτῶν, καὶ θάπτεται ὑπὸ Ἰωσὴφ ἐν Χεβρών. Γεσαῒμ δὲ ἡ πρὸς Αἴγυπτον Ἀρραβία ἐστίν. μετὰ γὰρ ο' χρόνους τῆς ἐν Αἰγύπτῳ καθόδου Ἰακώβ, ἐτελεύτησεν Ἰωσὴφ ἑκατὸν δέκα ἐτῶν.*

B *Μετὰ γοῦν τὸν θάνατον Ἰωσὴφ δουλεύουσιν Ἑβραῖοι τοῖς Αἰγυπτίοις ἔτη ρμδ'. τὰ πάντα τοίνυν τῆς τῶν Ἑβραίων ἐν Αἰγύπτῳ διατριβῆς ἔτη σιε'. λαμβάνουσι δὲ τὴν εὐλογίαν τῶν πρωτοτοκιῶν ἀντὶ τοῦ Ῥουβεὶμ οἱ υἱοὶ Ἰωσὴφ διὰ τὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν σῶφρον, καθὸ ὁ μὲν Ῥουβεὶμ τῇ παλλακῇ συνῆλθε τοῦ πα-*

5 *ὁ] ὧν ὁ?*

dicuntur apud Graecos fuisse; et Hercules, unus Idaeorum dactylorum.

Chaldaei a Semo genus trahunt, ex quibus fuit Abrahamus prognatus.

Iosephus anno suae aetatis 17 a fratribus post quintum a Rachelis obitu annum venditus est aureis octo.

Agente annum aetatis centesimum vigesimum Iacobo, Iosephus annos natus triginta Aegypto praefectus fuit. eodemque anno avus eius, cum annos 180 vixisset, mortuus est, atque a filiis suis Iacobo et Esauo sepultus. anno vitae Iosephi trigesimo octavo fames coepit: nam, ut Iosephus testatur, totis septem annis eius penuriae Nilus non exundaverat. biennio post Iacobus in Aegyptum demigravit, cum 75 animabus annos habens 130. Iosepho 40 agente annum moritur Iacobus anno vitae suae 147, ac in Hebrone a Iosepho sepelitur. (Gesaema Arabia est Aegypto finitima.) nam Iosephus annis post Iacobi in Aegyptum migrationem 70 mortuus est, cum centum annos et decem vixisset.

A morte Iosephi servitutem Aegyptiis Ebraei servierunt per annos 144. ergo totum tempus, quod in Aegypto Ebraei egerunt, annorum fuit 215. quod ad privilegia (ut sic loquar) primogeniturae, in locum Rubeni proles Iosephi ob parentis pudicitiam successit, quod Rubenus cum patris pellice coivisset, Iosephus autem in Aegyptiae mulieris

τρός, ὁ δὲ Ἰωσὴφ τῇ Αἰγυπτίᾳ οὐ συνεφθάρη. ἀλλὰ καὶ δεκατριῶν ἀδελφῶν ὄντων εἰς δώδεκα ἐμερίσθη ἡ γῆ διὰ τὸ τὸν Λευὶ ἀποδεκατοῦν τοὺς λοιποὺς πάντας.

Ὅτι Ἰωσὴφ κομιδῇ νέος ὢν ἔτι πρόβατα τοῦ πατρὸς ποι- C
μαίνων ἦν, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἠγαπᾶτο τῷ πατρί. διὸ καὶ οἱ ἀδελφοὶ διαφθονούμενοι οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἰρηνικὸν ἐλάλουν. προσετίθουν δὲ καὶ μῖσος τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ ἀκούοντες. καὶ γὰρ ἔφη "δράγματα δεσμευόντων ἡμῶν ἐν τῷ πεδίῳ ᾤμην μὲν ἀνορθωθῆναι τὸ ἐμόν, τὰ δὲ ὑμέτερα περιστραφέντα προσκυνεῖν αὐτῷ." τούτου γοῦν ἀκούσαντες, καὶ ὡς βασιλεύσει ἐπ' αὐτοὺς ὀρθῶς ἐπικρίναντες, λίαν ἐπέτειναν τὸ μῖσος. προσθεὶς δὲ "αὖθις ἐνυπνιασάμην" ἔφη, "καί γε ᾤμην τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ ἕνδεκα ἀστέρας προσκυνοῦντάς με καθορᾶν." διαπαίζων δὲ τὸ ὄραμα Ἰακὼβ ἔφη "ἆρα ἐγὼ ὁ πατήρ σου καὶ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ
ἀδελφοί σου ἥξομεν προσκυνῆσαί σοι ἐπὶ τῆς γῆς;" καὶ ἐπιτιμή- D
σας παρῄνει σιγᾶν. οὕτω μὲν οὖν τὰ ὁράματα ἀμυδρὰ τῆς ἀληθείας προτύπωσις ἦν· καὶ γὰρ τοῦτο προφητείας εἶδος, καὶ ἐν πολλοῖς ἐθεωρήθη πολλάκις δι' ὀνείρων ἡ τοῦ μέλλοντος πρόδηλωσις, ἐν οἷς διὰ κρείττονος γίνεται κατοχῆς, ὥσπερ ἐν τῷ Φαραὼ καὶ τῷ Ναβουχοδονοσὸρ καὶ ἄλλοις πλείστοις.

Ἄξιον δὲ εἰδέναι τὰς διαφορὰς τῶν προφητειῶν. ἡ μὲν γάρ ἐστι πνευματικὴ καὶ ἀληθὴς πάντῃ, ὡς ἡ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων,

libidinem nequaquam consensisset. quamvis etiam fratres numero decem ac tres fuerunt, tamen terra inter duodecim divisa est, eo quod a ceteris omnibus Levis decimas acciperet.

Adolescentulus etiamnum Iosephus oves patris pascebat; cumque eum pater reliquis impensius diligeret, fratres invidia perciti adversus eum simultates exercuerunt. auxit odium insomniorum auditio. recitaverat enim eis visum sibi, ipsis manipulos colligantibus suum manipulum sese erexisse, reliquosque eius honorandi causa manipulos pronos procubuisse. unde fratres id quod res fuit coniicientes, illum in ipsos imperium aliquando habiturum, multo vehementius odium adversus eum conceperunt. addidit hoc priori Iosephus, se per quietem imaginatum fuisse a sole luna undecimque stellis se adorari. vertit hoc in iocum pater, dictoque "numnam ergo ipse et mater tua fratresque tui te prostratis terram corporibus adoratum veniemus?" obiurgatum silere iussit. ita ergo visiones istae obscura quaedam erant veritatem aliquanto ante designans informatio. nam et hoc vaticinii est genus, multisque praemonstrata est insomniis futurorum significatio, quae insomnia numinis instinctu accidunt, ut Pharaoni, ut Nabuchodonosori et permultis aliis.

Operae pretium est vaticiniorum differentias cernere. quaedam spiritualia sunt et veracia prorsus, ut dei et sanctorum, suo tempore exitu

ἐν καιρῷ τῷ ἰδίῳ τὸ πέρας τῶν προφητευομένων ἐπιφέρουσα.
ἄλλη δὲ δαιμονική, ἐν τοῖς τῶν δαιμόνων θεραπευταῖς ἐνεργου-
P 36 μένη· πολύτροπος δὲ αὕτη, οἷα ἡ τῶν ἀλευρομαντῶν καὶ κριθο-
μαντῶν λεγομένη, οἷα ἡ Πυθία καὶ ἡ διὰ τῆς Δωδωναίας λη-
ροῦσα δρυός, ἡ διὰ τῶν σπλάγχνων μαντεία καὶ ἡ δι' ὀρνέων
πτήσεως, καὶ ἡ διὰ κλαγγῶν καὶ πταρμῶν συμβολική· οἷα ἡ διὰ
βροντῆς, μυῶν, γαλῆς, τρισμοῦ ξύλων, ὠτὸς ἤχων, παλμῶν
σώματος, συμβολικὴ καὶ οἰωνιστικὴ λεγομένη. ἧς τὸ μέν ἐστιν
ὀρνεοσκοπικόν, τὸ δὲ παλμωτικόν, τὸ δὲ οἰωνοσκοπικόν, τὸ δὲ
χειροσκοπικόν, τὸ δὲ ἐνόδιον ἢ κληδονιστικόν, οἷον ὅταν ἐκ τοῦ
παρατυχόντος εἰρημένου τεκμαίρηταί τις τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅταν
δι' ὀνομάτων νεκρῶν ἐπικλήσεως, καὶ ὅταν δι' ἄστρων καὶ ὑδά-
B των ἢ ὀνείρων ματαίων, οἷοι καθ' ἑκάστην πᾶσι προσπίπτουσι·
σπάνιοι γὰρ λίαν οἱ ἄνωθεν ἥκοντες. οὗτοι δὲ πάντες δαιμονιώ-
δεις οἱ τρόποι τῆς προφητείας καὶ στοχαστικοί, οἳ κατὰ συμβε-
βηκὸς ἀληθεύοντες ἔν τισιν ἐν τοῖς πλείστοις ἁμαρτάνουσιν. ἄλλη
δὲ προφητεία φυσική, ὡς ἡ διὰ τῶν ἀλόγων· χελιδόνες γὰρ καὶ
μύρμηκες καὶ γέρανοι ἐχῖνοί τε καὶ ἀλκυόνες χειμῶνος ἐπιόντος
φυσικῶς ἐπαισθάνονται. ἄλλη δὲ τεχνητή, ὡς ἡ παρ' ἰατροῖς
καὶ κυβερνήταις δρωμένη, ἥτις στοχασμὸς μᾶλλον ἢ προφητεία
μετωνόμασται. καὶ παρὰ ταύτας ἡ δημώδης τε καὶ κοινή, ὡς
C ὅταν εἴπῃ τις ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἔσται χειμών, ὅτι ἐκ φιλο-

21 δημιώδης P

vaticinium confirmante. alia a daemonibus proficiscuntur, inque horum cultoribus efficacitatem exserunt. estque id genus multiplex; sub quo sunt vaticinia ex farina et hordeo, Pythia, nugae ex Dodonaea quercu, extispicium, auspicium, augurium, tum coniectationes de sternutationibus, tonitribus, murium feliumque stridore, lignorum, aurium tinnitu, corporis tremore sumptae. quod genus etiam auguria nominantur; cuius pars versatur in avibus, pars in tremoribus partium corporis sive subsultationibus contemplandis, pars in augurio, pars in divinatione ex manuum inspectione, pars in obviis rumoribus, unde omnia captantur, cum obvius quisque interrogatus dicit unde futurum coniiciatur. tum mortuorum nominatim invocandorum ratio, ex sideribus aquis aut inanibus somniis praedictio, qualia omni nocte quibusvis accidunt: rara admodum sunt enim somnia divinitus oblata. haec omnia vaticinandi genera a daemonibus sunt coniecturisque innituntur, ita ut per accidens in quibusdam verum attingant, in plerisque aberrent. est et alia naturalis divinatio brutorum. etenim hirundines formicae grues echini atque alcyones tempestatem appetentem naturae monitu praesentiunt. alia artificiosa, qualem medici et gubernatores ostendunt; quae tamen coniectatio potius est quam divinatio appellata. praeter has vulgaris quoque ista et communis, ut cum quis dicit post triduum fore tempestatem.

κακίας ψυχῆς πολλάκις μῖσος ἐγείρεται, ἐκ τοῦ μίσους δὲ ἔριδος ἀνισταμένης καὶ κρατυνομένης ζῆλος ἐγένετο πικρός, ἐκ δὲ τοῦ φθόνος ἐνέσκηψε κρυπτός, ἐκ δὲ τοῦ ὁ θυμὸς ἀνῆπται δεινός, ἐκ τοῦ θυμοῦ δὲ θάνατος ἀνακύπτει πονηρός, εἰ μὴ κρείττοσι δηλονότι προνοίαις ἀνακόπτοιτο.

*Ἐν τῷ πραθῆναι τὸν Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ Πετεφρῇ εὐνούχῳ
τῷ ἀρχιμαγείρῳ Φαραώ, καὶ ἐν δεσμωτηρίῳ ἐγκλεισθῆναι, συνέβη
τὸν ἀρχισιτοποιὸν καὶ τὸν ἀρχιοινοχόον, τοὺς εὐνούχους Φαραώ,
ἐγκλεισθῆναι ἐν τῷ αὐτῷ δεσμωτηρίῳ ἔνθα καὶ Ἰωσήφ. ἡμερῶν
δὲ διελθουσῶν ἀμφότεροι εἶδον ἐνύπνια. ὁ μὲν ἀρχιοινοχόος ἄμ-* D
*πελον εἶδε θάλλουσαν βλαστοῖς καὶ πεπείρους βότρυας σταφυλῆς
προβάλλουσαν, τρεῖς δὲ ταύτην ὑπέχουσαν κάτωθεν πυθμένας.
"ἐγὼ δέ" φησίν "ᾤμην τῷ ποτηρίῳ τὴν σταφυλὴν ἐκθλίβων εἰς
τὴν χεῖρα διδόναι Φαραώ." καὶ ὁ Ἰωσὴφ τοὺς τρεῖς πυθμένας
ἔτι τρεῖς ἡμέρας ἔσεσθαι φησί, καὶ τῆς ἀρχῆς σου μεμνήσεται ὁ
Φαραώ, καὶ ἀποκαταστήσει σε εἰς τὴν προτέραν ἀρχιοινοχοΐαν.
ἀλλὰ μνήσθητι κἀμοῦ, ὅταν εὖ σοι γένηται, ὅτι μάτην διαβλη-
θεὶς τῷ ὀχυρώματι τούτῳ κατακέκριμαι. ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ ἀρχι-
σιτοποιὸς ἔφη "τρία κανᾶ χονδριτῶν σιτοποιοῦ, ἐξ ὧν ἔργων ὁ* P 37
*βασιλεὺς ἐσθίει, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου ἔχειν ὑπελάμβανον· καὶ τὰ
πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιόντα κατήσθιεν αὐτά." καὶ ὁ Ἰωσήφ
"ἔτι τρεῖς ἡμέραι" ἔφη, "καὶ ἀφελεῖται Φαραὼ τὴν κεφαλήν σου
ἀπό σου, καὶ ἐπὶ ξύλον κρεμάμενον τὰ ὄρνεά σε καταθοινήσονται."*

studium contendendi exiguum saepe odio occasionem praebet; ex quo orta rixa et invalescente acerba exsistit aemulatio. hanc occulta subsequitur invidia; et ex hac rursum animi exardescit acris ira, quae homicidiis foedis causam exhibet, nisi praestantioris nimirum prudentiae consiliis ea avertantur.

Cum in Aegyptum venditus Iosephus Potiphari regiae Pharaonis culinae praefecto eunucho esset atque in carcerem traditus, evenit ut pistorum quoque et pincernarum Pharaonis principes eunuchi in eundem carcerem concluderentur. inde aliquot elapsis diebus uterque horum insomnium habuit. princeps pincernarum rettulit visam sibi in somnis fuisse vitem laetam palmitibus maturasque uvas porrigentem, atque inferne tribus subnixam palmitibus, se vero uvam in poculum exprimere, idque Pharaoni in manum dare. tum Iosephus interpretatus est tribus palmitibus triduum significari: eo exacto Pharaoni ministerium eius in memoriam rediturum, ipsumque a rege in pristinam dignitatem restitutum iri. petiitque ut rebus prosperis redditus sui per calumniam carceri inclusi rationem haberet. deinde magister pistorum "imaginatus sum" ait "per quietem capiti meo impositas tres sportas me gerere, panibus delicatis plenas, qualibus rex vesci solet: ceterum aves ingruere atque eos devorare." respondit Iosephus fore ut post tres dies Pharao eum capite multatum in crucem agat, ubi volucribus esca sit futurus.

κατὰ τὴν κρίσιν οὖν τοῦ Ἰωσὴφ οὕτω καὶ ἐγένετο. μετὰ ταῦτα δύο ἐτῶν παρῳχημένων αὐτὸς ἐνύπνιον εἶδε Φαραώ. ἑπτὰ βόας καλὰς τῷ εἴδει καὶ ταῖς σαρξὶ λιπαράς, ἀναβαινούσας ἐκ τοῦ ποταμοῦ καὶ ἐν τῷ ἄχιν νεμομένας ᾤετο ὁρᾶν, ἄλλας δὲ ἑπτὰ βόας ἑπομένας ταῖς πρώταις, αἰσχρὰς τῷ εἴδει καὶ λεπτάς, αἳ καὶ B κατέφαγον τὰς λιπαρὰς καὶ ἐκλεκτάς. εἶτα ἐγερθεὶς καὶ αὖθις δεύτερον ἐνυπνισθεὶς ὁ βασιλεὺς ὁρᾶν ἐδόκει ἑπτὰ στάχυας ἐν ἑνὶ πυθμένι ἀνιέναι, καλοὺς καὶ ἐκλεκτούς, καὶ μετ' αὐτοὺς ἄλλους ἑπτὰ ἀναφύεσθαι ἀνεμοφθόρους καὶ λεπτούς, οἳ τοὺς ἐκλεκτοὺς καὶ πλήρεις κατέπιον. ταῦτα ἰδὼν Φαραὼ ἐταράχθη, καὶ ὁ ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὴν σύγκρισιν οὐκ ἦν. ἀναμιμνήσκεται οὖν ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ Ἰωσήφ, ὃς καὶ παραστὰς τὰς μὲν ἑπτὰ βόας τὰς καλὰς καὶ τοὺς ἑπτὰ στάχυας τοὺς καλοὺς ἑπτὰ ἔτη εὐθηνίας εἶναι φησί, τὰς δὲ ἑπτὰ βόας τὰς ἰσχνὰς καὶ τοὺς ἑπτὰ στάχυας τοὺς λεπτοὺς καὶ κενούς, ἑπτὰ ἔτη λιμοῦ ἰσχυροῦ ἐπακολουθήσει, C ἅπερ ἐξαναλώσει πάντα τὰ ἀγαθὰ τῶν ἐτῶν τῆς εὐθηνίας. τὸ δὲ δευτερῶσαι τὸ ἐνύπνιον, ἀληθές ἐστι δηλοῖ. τὸ δὲ καὶ διὰ τῶν ἀσταχύων δευτερωθῆναι τὸ διὰ τῶν γεωργημάτων τῆς γῆς σημαίνει· ὅπερ καὶ ταχυνεῖ τοῦ ποιῆσαι ὁ θεός. ἦν μὲν οὖν ἐτῶν τριάκοντα ὁ Ἰωσήφ, ὅτε παρέστη τῷ Φαραώ· ᾧ καὶ γυναῖκα τὴν Ἀσενὲθ ἐδίδου, θυγατέρα τοῦ ἱερέως Πετεφρῆ, μεθ' ἧς καὶ δύο υἱοὺς ἐτετόκει, Μανασσῆν καὶ Ἐφραΐμ. τοῦ λιμοῦ δὲ ἐπὶ ἑπταετίᾳ

22 ἐκτετόκει codex Regius 1713 (R) ἑπταστίᾳ R, ἑπταετίας P

quomodo autem Iosephus actum iri praedixerat, ita plane actum est. duobus ab eo tempore annis circumactis ipsi Pharaoni insomnium est oblatum tale. vidit septem vaccas formosas et carne nitidas de fluvio adscendere atque in palustri gramine pascere: his succedere totidem deformes atque macilentas, a quibus pulchrae illae et pingues devorarentur. expergefactus rex cum denuo obdormivisset, in somno sibi visus est videre septem spicas ab uno culmo enasci pulchras atque eximias: post has alias septem vitio aëris inanes ac tenues, et ab his praeclaras istas atque plenas consumi. his visis perturbatus est rex, neque tamen fuit qui ei somnium hoc interpretari posset. ibi tum recordatus Iosephi est pincernarum praefectus. Iosephus ergo vocatus septem vaccis formosis itemque septem spicis praeclaris septem annos fertilitatis designari exponit, septem macris vaccis atque inanibus spicis annos septem penuriae insecuturae, qui omnes fertilium annorum opes essent absumpturi. insomnii veritatem geminatione confirmari, et quod secundo spicae visae essent, eo indicium de frugibus terrae perhiberi, ac deum rem acceleraturum. triginta annos natus fuit Iosephus, cum Pharaoni praesto fuit; isque ei Asenetham Potipharis sacerdotis filiam matrimonio iunxit, ex qua ei duo filii sunt nati, Manasses atque Ephraimus. enimvero fame septennali orta Iosephus omne aurum,

γενομένου πάντα μὲν χρυσὸν καὶ κτήνη καὶ γῆν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἀνδράποδα τῷ οἴκῳ Φαραὼ εἰσεποιήσατο· ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἐνιαυτῷ σπέρματα δοὺς πάσῃ τῇ γῇ Αἰγύπτου, τὸ πέμπτον μέρος ἀποκληροῦν ἐποίησε τοῖς βασιλείοις. ὅπερ καὶ μέχρι D
τῆς νῦν κρατεῖ ἐν Αἰγύπτῳ, μόνων τῶν ἱερέων ὑπεξῃρημένων· τὴν ἱερατικὴν γὰρ γῆν ἀτελῆ καταλέλοιπε μόνην. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι σωτηρίαν μεγίστην καὶ εὐεργεσίαν τοῦτο ἡγησάμενοι, ἄχρι τοῦ δεῦρο ἀποπεμπτοῦν παρειλήφασι τῷ Φαραὼ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς αὐτῶν.

Ἑπτακαίδεκα μὲν ἔτη ὁ Ἰακὼβ ἐπέζησεν ἐν Αἰγύπτῳ τῷ Ἰωσήφ, τῆς ζωῆς δὲ αὐτῷ αἱ πᾶσαι ἡμέραι εἰς ρμζ' ἔτη ἐξεμετρήθησαν. ἤγγιζε μὲν οὖν ἡ ἡμέρα τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, αὐτὸς δὲ τὸν Ἰωσὴφ προσκαλούμενος θεῖναι τὴν χεῖρα ὑπὸ τὸν μηρόν, ὡς ἔθος, καὶ ὀμόσαι αὐτῷ κατεδυσώπει μὴ θάψαι αὐτὸν ἐν Αἰ- P 38
Septimus eiusdem liber. Davidus legis per Mosem datae immemor, qua sancitum erat ut si populus numeraretur, in singula capita semissis sicli deo offerretur, Ioàbum circum urbes et oppida regni proficisci summamque omnis Israelicae multitudinis conscribere iussit. ideo 70 milia hominum de populo perierunt, donec hostiis rex deum placavit. quas evenit eodem in loco offerri quo loco Abrahamus filium suum Isaacum deo immolare intenderat.

Ad aedificandum templum Davidus omnia paraverat: id tamen aedificare prohibitus est, quod dextra eius crebra hostium caede esset polluta. Solomoni autem ad structuram templi reliquit tria talentorum auri milia.

Carminum et canticorum libros Solomo composuit 5000, tribus milibus porro librorum comparationes et similitudines est complexus. nam

ἕκαστον γὰρ εἶδος δένδρου παραβολὴν εἶπε, καὶ περὶ κτηνῶν καὶ τῶν ἐπιγείων ζῴων ἁπάντων καὶ τῶν πτηνῶν καὶ τῶν ἀερίων. παρέσχε δὲ αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων, ἐπῳδὰς δὲ συντάξαι ἐν αἷς παρηγο-
P 70 ρεῖται τὰ νοσήματα. καὶ τρόπους ἐξορκώσεων κατέλιπεν, οἷς ἐνδούμενα τὰ δαιμόνια, ὡς μηκέτι ἐπανελθεῖν, ἐκδιώκονται. καὶ αὕτη παρ' ἡμῖν νῦν ἡ θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει. ἱστόρησα γάρ, φησὶν Ἰώσηπος, Ἐλεάζαρόν τινα, τῶν ὁμοφύλων Οὐεσπασιανοῦ, παρόντων καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ καὶ χιλιάρχων καὶ ἄλλου στρατιωτικοῦ πλήθους, τοὺς ὑπὸ δαιμόνων λαμβανομένους ἀπολύοντα τούτοις. ὁ δὲ τρόπος τῆς θεραπείας τοιοῦτος ἦν· προσφέρων ταῖς ῥισὶ τοῦ δαιμονιζομένου τὸν δακτύλιον, ἔχοντα ἐπὶ τὴν σφραγῖδα ῥίζαν ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομῶν, ἔπειτα ἐξῆλθεν ὀσφραινόμενον διὰ τῶν ῥινῶν τὸ δαιμόνιον. καὶ πεσόντος εὐθὺς τοῦ ἀνθρώπου
B μηκέτι εἰς αὐτὸν ὑποστρέφειν, ὅρκους Σολομῶντος μεμνημένον καὶ τὰς ἐπῳδὰς ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος ἐπιλέγων. λέγει δὲ Ἰώσηπος ὅτι ϟδ' ἔτη ἔζησεν ὁ Σολομῶν, ἐβασίλευσε δὲ ἔτη π'.

Ἀπὸ βιβλίου δεκάτου τοῦ αὐτοῦ, ὅτι Ἡσαΐας ὁ προφήτης προλέγει τῷ βασιλεῖ Ἐζεκίᾳ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ εἰς Βαβυλῶνα μετατεθήσεσθαι, καὶ τοὺς ἐγγόνους εὐνουχισθησομένους, καὶ ἀπολέσαντας τὸ ἄνδρας εἶναι τῷ Βαβυλωνίων δουλεῦσαι βασιλεῖ· καὶ ταῦτα προλέγειν τὸν θεόν.

Ἐπεσημηνάμεθα δὲ καὶ τὴν τοῦ μακαρίτου Ἰὼβ βίβλον ἐν ἐπιτόμῳ, τὰς πραγματείας αὐτῆς ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων ἐγκατα-

de quavis arboris specie comparationem fecit, itemque terrestribus volantibus et aëris animantibus. concessit ei etiam deus ut disceret artem contra malos daemones ad utilitatem hominum: excantationes morborum condendi scientiam reliquit, et formas adiurationum, quibus mali genii eiiciuntur nunquam redituri. quod remedii genus apud nos nunc plurimum valet. vidi enim, ait Iosephus, Eleazarum quendam popularem meum, Vespasiano, eius filiis, ducibus et exercitu praesentibus, eos qui a daemonibus erant obsessi huiusmodi excantatione liberare. modus istius curationis talis erat. naribus daemone occupati annulum admovebat, in cuius pala radix a Solomone demonstrata inerat: eo odore percepto per nares exibat daemon: tum homine statim concidente, daemoni mandabat ne in hunc postea reverteretur, adiurationis Solomonicae eum admonens incantationesque ab eo compositas recitans. idem Iosephus Solomonem annos vixisse 94, regnasse 80 scribit.

De libro decimo eiusdem: Esaias propheta regi Ezechiae praedixit omnes eius divitias Babylonem translatum iri, posterosque eius virilitate exsecta Babylonio regi servituros. ea deum vaticinari.

Librum quoque de beato Iobo in compendium redegimus, argumenta eius potissima breviter hue colligendo; quae iis quibus iste liber cogni-

λέξαντες εἰς ἀνάμνησιν τῶν εἰδότων ταύτης τὸν νοῦν. ὡς ἐν δράματι C *ἡ βίβλος τοῦ μακαρίου Ἰὼβ περιέχει πρόσωπα ἕξ, πρῶτον αὐτὸν τὸν δίκαιον Ἰώβ, δεύτερον Ἐλιφὰζ τὸν Θαιμανίτην, τρίτον Βαλδὰδ τὸν Σαυχίτην, τέταρτον Σοφὰρ τὸν Μιναῖον, πέμπτον Ἐλιοῦς τὸν Βουζίτην, ἕκτον τὸν δεσπότην θεόν. γίνονται δὲ μεταξὺ αὐτῶν διάλογοι κγ΄. πρωτολογεῖ δὲ Ἰώβ, πρὸς ἕκαστον τῶν τριῶν φίλων αὐτοῦ λέγων ὅτι ἔτρωσέ με ὁ ἰσχυρὸς βέλει· οἱ δὲ οὐκ ἀδίκως τὸν ἰσχυρὸν καὶ αἰώνιον τιτρώσκειν εἶπον. καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει γίνονται διάλογοι ἕξ. εἶτα πάλιν πρωτολογεῖ Ἰὼβ πρὸς αὐτούς, λέγων ἑκούσια παραπτώματα ἑαυτῷ μὴ γινώσκειν· οἱ δὲ ἀλαζονείαν αὐτοῦ καταψηφίζονται. καὶ γίνονται ἐν τῇ δευτέρᾳ* D *ζητήσει διάλογοι ἓξ ἕτεροι. καὶ πάλιν πρωτολογεῖ Ἰὼβ λέγων πολλοὺς τῶν ἀσεβῶν εὐθηνεῖν ἐν τῷ βίῳ· καὶ οὐχ ὑπέστησαν αὐτῷ οἱ φίλοι ἐν τούτῳ ἀλλ' ἐσίγησαν, ὥστε γίνεσθαι ἕως ὧδε διαλόγους ιζ΄. οὐ γὰρ ἀποκρίνεται ὁ Σοφάρ, ἀλλὰ σιγᾷ. εἶτα Ἐλιοῦς ὁ Βουζίτης ὀργίζεται πρὸς Ἰὼβ καὶ τοὺς τρεῖς φίλους αὐτοῦ, ὅτι οὐ κατεδίκασαν αὐτὸν ἐν ἁμαρτίαις, καὶ ποιεῖται διάλογον ὀκτωκαιδέκατον. εἶτα ιθ΄ ὁ θεός, διὰ λαίλαπος καὶ νέφους λέγων τῷ Ἰὼβ "τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλήν," καὶ τὰ τῆς δόξης καὶ ἰσχύος καὶ μεγαλωσύνης αὐτοῦ. εἶτα εἰκοστὸν πάλιν Ἰώβ, λέγων τό "ἅπαξ ἐλάλησα, ἐπὶ δὲ τὸ δεύτερον οὐ προσθήσω." εἶτα πρῶ-* P 71 *τον καὶ εἰκοστὸν πάλιν ὁ θεὸς ἐπιτιμᾷ τῷ Ἰὼβ λέγων "μή, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου." καὶ ὑποσημαίνει αὐτῷ τὴν*

tus est, rem in memoriam revocent. liber ille in morem scenicae fabulae sex personis constat, iusto Iobo, Eliphazo Themanita, Baldado Sauchita, Sophare Minaeo, Elio Buzita, ac deo. colloquia habita sunt inter eos 23. orditur Iobus, singulis trium amicorum suorum dicens, se telo robusti dei vulneratum esse: ii a deo robusto atque aeterno neminem iniuste vulnerari asserunt. haec quaestio sex colloquiis agitatur. deinde rursum Iobus principium disserendi facit cum iis, perhibens se sibi nullius esse spontanei delicti conscium: ipsi eum instantiae arrogantis damnant. haec secunda quaestio aliis sex colloquiis disputatur. tertio Iobus disputationem inchoat, multos impios prosperitate huius vitae frui dicens. in hac quaestione quinque tantum colloquia sunt, amicis Iobo cedentibus, et Sophare nihil contra respondente. post haec Elius Buzita Iobo succensens tribusque eius amicis, quod eum peccatorum reum non peregissent, dialogum decimum octavum conficit. undevigesimum deus, per venti turbinem et nubem Iobo dicens "quis est iste qui me suum consilium celat?" gloriam ibi potentiam maiestatemque suam declarans. vigesimum rursus Iobus, ea dicens: "semel locutus sum, neque addam alium sermonem." vigesimum primum rursus deus, Iobum obiurgans, atque haec pronuntians: "non ita, sed lumbos tuos ut vir accingere." simul ei demonstrat non esse, sed putari mali potentiam; et quod eum

οἴησιν τῆς δυνάμεως τοῦ πονηροῦ, καὶ ὡς βοήθεια αὐτὸν ἐκνικᾷ θεία, καὶ ὅτι ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος. εἶτα δεύτερον εἰκοστὸν πάλιν Ἰὼβ λέγων ὅτι πρότερον μὲν ἀκοῇ ὠτὸς ἤκουόν σου, νυνὶ δὲ μᾶλλον ἐνωτισθεὶς σου τοὺς λόγους ἥγημαι ἐμαυτὸν γῆν καὶ σποδόν. εἶτα τρίτον καὶ εἰκοστόν, ἐπιτιμία τοῦ δεσπότου θεοῦ πρὸς τοὺς τρεῖς φίλους Ἰώβ, κελεύουσα αὐτοὺς θῦσαι τῷ θεῷ ὑπὲρ ἀνομίας αὐτῶν καὶ ἐξαιτήσασθαι περὶ τῆς ἀνομίας αὐτῶν εὐχὴν καὶ συγχώ- B ρησιν παρὰ Ἰώβ. ἦν δὲ Ἰὼβ πεμπτὸς ἀπὸ Ἀβραάμ, ἐκ γένους Ἡσαῦ, συγγενὴς Ἰοθὸρ πενθεροῦ Μωϋσέως· ἡ δὲ πέμπτη γενεαλογία λαμβάνεται οὕτως, Ἀβραὰμ Ἡσαῦ Ῥαγουὴλ Ζαρὲ Ἰώβ.

Ἐν τοῖς χρόνοις τῶν βασιλέων Αἰγύπτου τῶν προγεγραμμένων ἐφάνη τις ἐν τῇ Καρίᾳ χώρᾳ γιγαντογενὴς φιλόσοφος, ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ, ὀνόματι Ἐνδυμίων, ὅστις μυστικὰς εὐχὰς λέγων ἐν τῇ σελήνῃ ᾔτει αὐτὴν μαθεῖν παρ' αὐτῆς τὸ θεῖον ὄνομα ἐν ὁράματι. καὶ ἐν τῷ αὐτὸν εὔχεσθαι ὕπνωσε, καὶ ἤκουσε τὸ θεῖον ὄνομα ἐν ὁράματι. καὶ οὐκέτι ἀνέστη, ἀλλὰ ἔστι τὸ λείψα- C νον αὐτοῦ ἕως τοῦ νῦν ἐν τῇ Καρίᾳ νεκρὸν δονούμενον· καὶ κατ' ἔτος ἀνοίγουσι τὴν αὐτοῦ σορὸν ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ὁρῶσιν αὐτοῦ τὸ λείψανον δονούμενον νεκρόν, ὡς λέγουσι. περὶ οὗ φασὶ τὴν σελήνην φιλεῖν τὸν Ἐνδυμίωνα.

Ὅτι ἐν Ἀσιρὼθ καταγογγύζει Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ κατὰ Μωϋσέως. ἔχει δὲ αὐταῖς λέξεσιν ὧδε. καὶ ἐλάλησε Μαριὰμ

divino auxilio vincat, atque sic se iustum praebeat. vigesimum secundum Iobus rursum his verbis "prius quoque auribus tuam vocem percepi: nunc autem magis adhuc ea inaudita, terram ac cinerem me ipsum deputavi." vigesimum tertium est, ubi deus tres Iobi amicos obiurgat, et suam impietatem sacrificiis iubet expiare atque veniam et deprecationem pro suo peccato a Iobo precibus obtinere. fuit autem Iobus ab Abrahamo serie generis quintus, Esauo oriundus, ac Iothoris, qui Mosis socer fuit, cognatus. series generis ita habet: Abrahamus Esauus Raguelus Zares Iobus.

Quo tempore Aegypti reges ii fuerunt quos supra rettuli, eo in Caria philosophus quidam a gigantibus prognatus exstitit, de stirpe Iapeti, nomine Endymion. is lunam mysticis quibusdam precibus flagitavit, ut sibi per visionem nomen divinum aperiret; interque procandum sopitus divinum nomen in visione audivit. neque ab eo somno surrexit: sed reliquiae eius etiamnum in Caria exstant, cadaver identidem agitatum; atque in Caria quotannis tumbam eius aperiunt, ut fertur, contuenturque reliquias ipsius motu agitatas. inde fabula tracta est adamatum fuisse a luna Endymionem.

Apud Asirotha (loci hoc nomen est) Aaron et Maria Mosi obtrectant, res in sacra scriptura hisce verbis refertur. "oblocuti sunt Aa-

καὶ Ἀαρὼν κατὰ Μωϋσῆ ἕνεκεν τῆς γυναικὸς τῆς Αἰθιοπίσσης, ἣν ἔλαβε Μωϋσῆς, ὅτι γυναῖκα Αἰθιόπισσαν ἔλαβε. καὶ εἶπον 'μὴ Μωϋσῇ μόνῳ ἐλάλησεν ὁ κύριος; οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἐλάλησε;' καὶ ἤκουσε κύριος. καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωϋσῆς πρᾶος σφόδρα παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶπε κύριος πα- D ραχρῆμα πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ 'ἐξέλθετε ὑμεῖς οἱ τρεῖς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου.' καὶ ἐξῆλθον οἱ τρεῖς ἐκεῖσε. καὶ κατέβη κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης, καὶ ἔστη ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἐκλήθη Μωϋσῆς καὶ Ἀαρών, καὶ ἐξῆλθον ἀμφότεροι, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς 'ἀκούσατε τὸν λόγον μου. ἐὰν γένηται προφήτης ὑμῖν κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ. οὐχ οὕτως ὡς θεράπων μου Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι. στόμα πρὸς στόμα λαλήσω αὐτῷ, ἐν εἴδει καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, καὶ τὴν δόξαν κυρίου εἶδε. καὶ διατί οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ τοῦ P 72 θεράποντός μου Μωϋσῆ;' καὶ ὀργὴ θυμοῦ κυρίου ἐπ' αὐτούς. καὶ ἀπῆλθον, καὶ ἡ νεφέλη ἀπέστη ἀπὸ τῆς σκηνῆς, καὶ ἰδοὺ Μαρία λεπρῶσα ὡσεὶ χιών. καὶ ἐπέβλεψεν Ἀαρὼν πρὸς Μαριάμ, καὶ ἰδοὺ λεπρῶσα. καὶ εἶπεν Ἀαρὼν πρὸς Μωϋσῆν 'δέομαι, κύριε, μὴ συνεπιτεθῇ ἡμῖν ἡ ἁμαρτία, διότι ἠγνοήσαμεν καθότι ἡμάρτομεν. μὴ γένηται ὡς ἴσον θανάτου, ὡσεὶ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρός, καὶ κατεσθίῃ τὸ ἥμισυ τῶν σαρκῶν αὐτῆς.' καὶ ἐβόησε Μωϋσῆς πρὸς κύριον, λέγων 'ὁ θεός, δέομαί σου, ἴασαι αὐτήν.' καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν 'εἰ ὁ πατὴρ

ron et Maria Mosi propter uxorem Aethiopissam, quam Moses duxerat. ac dixerunt, anne soli Mosi deus, an non etiam nobiscum locutus est? audivit haec dominus. ac Moses quidem ea erat animi mansuetudine, ut in terra perinde mansuetus non exstaret alius. illico autem deus Mosem Aaronem et Mariam iussit exire ad tabernaculum testimonii. eo facto descendit deus in columna nubis, adstititque in foribus tabernaculi istius, et Aaronem ac Mariam evocavit. iis egressis ita est fatus: auscultate sermoni meo. si quis vestrum vates a me usurpabitur, ei me per visionem cognoscendum dabo inque somnis ei loquar. secus res habet cum famulo meo Mose, qui in tota mea domo mihi fidelis est. cum eo verbatim ac diserte loquar, aperte et non per involucra sermonis; et gloriam domini vidit. cur itaque non reveriti estis famulo meo Mosi obloqui?" atque ira dei adversus ipsos excanduit, iisque degressis nubes a tabernaculo abiit. atque ecce Mariam lepra ita obduxit ut nivis instar alba esset. quam intuitus Aaron, cum lepra infectam cerneret, ita est Mosem allocutus "domine, precor ne hoc nostrum peccatum in nos animadvertatur, quod per ignorationem commisimus, ne sit Maria similis cadaveri aut abortivo partui: quippe dimidia pars carnium eius absumpta est." vociferatus ergo est Moses ad dominum, flagitavitque uti eam deus sanaret. cui respondit deus "an ea, si faciem ipsius pater

B αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῆς, οὐκ ἐντραπήσε-
ται; ἑπτὰ ἡμέρας ἀφορισθήτω ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ μετὰ
ταῦτα εἰσελεύσεται.' καὶ ἀφωρίσθη Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβο-
λῆς ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ὁ λαὸς οὐκ ἐξῆρεν ἕως ἐκαθαρίσθη Μα-
ριάμ. καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆρεν ὁ λαὸς ἐξ Ἀσιρώθ, καὶ παρενέβα-
λεν ἐν τῇ ἐρήμῳ Φαράν. ἡνίκα δὲ ἦλθεν ὁ λαὸς εἰς τὸ Σινᾶ ὄρος,
τελευτᾷ Μαριὰμ ἡ ἀδελφὴ Μωϋσέως. εἶτα παρευθὺ γίνεται
γογγυσμὸς τοῦ λαοῦ διὰ τὸ δίψος, καὶ παρώξυνε Μωϋσῆς καὶ
Ἀαρὼν τὸν θεὸν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας. καὶ ὀργισθεὶς
κύριος εἶπεν 'ἀνθ' ὧν οὐκ ἐδοξάσατέ με ἐνώπιον Ἰσραήλ, οὐκ
C εἰσάξετε τὸν λαὸν ὑμεῖς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας.' τελευτᾷ δὲ
Ἀαρὼν ἀνελθὼν εἰς τὸ ὄρος Ὢρ, ἐπιτιμίαν θανάτου δεξάμενος
διὰ τὸ ὕδωρ τῆς ἀντιλογίας. μετὰ δὲ τὸ ὕδωρ τῆς ἀντιλογίας κατ-
έρχεται ὁ λαὸς εἰς Ἐδώμ, καὶ καταγογγύζει θεοῦ καὶ Μωϋσέως.
καὶ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τοὺς ὄφεις, καὶ ἐθανάτουν τὸν λαόν. καὶ
λοιπὸν γίνεται τὸ χαλκούργημα τοῦ ὄφεως προστάξει θεοῦ.

Ὅτι ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐξαριθμήσει, ἡνίκα Μωϋσῆς καὶ Ἐλεά-
ζαρ ἠρίθμησαν τὸν λαόν, οὐχ εὑρέθη ἄνθρωπος ἐκ τῆς πρώτης
ἀριθμήσεως, ἡνίκα Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἠρίθμησαν τοὺς ἀπὸ
εἴκοσιν ἐτῶν καὶ ἐπέκεινα, ὅτι εἶπε κύριος αὐτοῖς 'θανάτῳ ἀποθα-
D νεῖσθε διὰ τοὺς γογγυσμοὺς ὑμῶν.' οἱ γὰρ περὶ τὸν Μωϋσέα καὶ
Ἐλεάζαρ, ὡς Λευῖται, οὐδὲ τὸ παλαιὸν συνηριθμήθησαν ταῖς
λοιπαῖς φυλαῖς, ὁ δὲ Ἰησοῦς Βενιαμίτης ἦν, ὁ δὲ Χάλεβ ἐκ τῆς

conspuisset, non pudore afficeretur? septem dies extra castra seorsim degat, tum intromittatur." sic Maria per septem dies castris exclusa fuit. neque populus castra prius movit, quam Maria mundaretur. ea recepta ab Aserothis moverunt, et in solitudine Pharana castra fecerunt. mortua est autem Maria, cum ad Zinaicam solitudinem populus pervenisset. statim postea populi indignatio propter sitim oborta est; irritaveruntque Moses et Aaron deum super aqua iurgii. atque iratus deus dixit "quando meam gloriam coram populo testati non estis, vos populum in regionem promissam non introducetis." porro Aaron adscendit in montem Or, ibique mortuus est; quae ei poena propter aquam iurgii est irrogata. secundum haec in Idumaeam populus pervenit. cumque rursus deo et Mosi obmurmuraret, immisit deus angues qui populum necarent. tunc iussu dei serpens ille aeneus conficitur.

In secunda populi recensione, cum Moses atque Eleazarus populum numerarent, nemo omnino eorum superfuit quos in prima recensione Moses et Aaron invenerant, cum a viginti annos nato et amplius omnes numerassent. edixerat enim deus populo fore ut propter suam obtrectationem periret. ac Moses quidem et Eleazarus, quippe Levitae, ne ante quidem inter reliquas tribus recensebantur. Iosua Beniaminicus tribu

τοῦ Ἰούδα. σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ οἱ κατὰ ὕφεσιν τῶν εἴκοσιν ἐτῶν οὐκ ἐστερήθησαν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, οὐδὲ οἱ φθάσαντες ζῆν τῶν Λευιτῶν. ἐνταῦθα δὲ κελεύεται Μωϋσῆς ἀνελθεῖν εἰς τὸ ὄρος Ναβάν, καὶ ἐλέγχεται καὶ αὐτός, ὡς ἀδελφὸς αὐτοῦ, διὰ τὸ ὕδωρ τῆς ἀντιλογίας. διὸ καὶ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας ἐστέρηται, καὶ τελευτᾷ ἐκεῖ ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσιν.

Ὅτι τοῦ Σηὼν βασιλέως τῶν Ἀμορραίων καὶ τοῦ Ὢγ βασιλέως τῆς Βασὰν τὰς πόλεις καὶ πᾶσαν τὴν χώραν τῶν δύο βασιλέων P 73 πέραν τοῦ Ἰορδάνου δέδωκε Μωϋσῆς εἰς κατάσχεσιν τῷ Ῥουβεὶμ καὶ Δὰν καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς Μανασσῆ, μετὰ τὸ λαβεῖν αὐτὸν ἀπόφασιν ἀνελθεῖν ἐν τῷ ὄρει καὶ τελευτῆσαι.

Ὅτι παρερχόμενοι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ ὄρους Σηὶρ προστάσσονται ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἄρτον καὶ ὕδωρ πρίασθαι παρὰ τῶν Ἰδουμαίων τῶν υἱῶν Ἡσαῦ, διότι εἶπεν αὐτοῖς ὁ θεός "οὐ κληρονομήσετε ἐκ τῆς γῆς τῶν Ἡσαῦ οὐδὲ βῆμα ποδός, ὅτι ἀδελφοὶ ὑμῶν εἰσίν." ἀποτρέπονται δὲ ὑπὸ θεοῦ ἐκ τῆς γῆς τῶν Μωαβιτῶν καὶ τῶν πόλεων αὐτῶν διὰ Λὼτ τὸν προπάτορα αὐτῶν.

Ὅτι ἐν τῇ δευτέρᾳ νομοθεσίᾳ λέγει Μωϋσῆς "τὰ ἅγια δέκα ῥήματα ταῦτα ὑμεῖς ἀκούσατε ἐκ μέσου τοῦ πυρός," ὥστε καὶ B πρὸ τοῦ γραφῆναι αὐτὰ ἐν πλαξὶν ἐξεδόθησαν ὑπὸ τῆς θείας φωνῆς. οὐ γὰρ φωνὴν ἄσημον ἀλλ' ἔναρθρον ἤκουσεν ὁ λαὸς ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἐν Σινᾷ, καθὼς γέγραπται "καὶ τὰ ῥήματα αὐ-

fuit, Chalebus Iudaeus. observa autem, eos qui 20 annis minores erant, et Levitas qui vitam produxerunt eo usque, non fuisse promissa terra privatos. ibi Moses iubetur montem Nabanum conscendere, obiurgaturque, sicut ante frater ipsius, propter aquam iurgii; atque ideo etiam terra promissa privatus ibi e vivis excedit, annos natus 120.

Iussus autem Moses montem conscendere atque ibi vitam finire, Seonis Amorraeorum et Ogi Basanis regum urbes omnemque dicionem duorum regum cis Iordanem Rubeno Dani ac dimidiae Manasseae tribui assignat.

Cum per montem Seirum iter Israelitae facerent, mandatum eis a deo est ut panem aquamque ab Idumaeis mercarentur, Esauo prognatis. ideo et dixit eis deus "non possidebitis de terra Esauicorum, ne vestigium quidem pedis latam portionem: sunt enim vestri fratres." quin et a Moabitorum terra atque urbibus deus Ebraeos avertit, quod ii Loto essent prognati.

In repetitione legis Moses sancta decem verba recitavit, addens populum ea de medio igne edi audivisse. itaque priusquam inscriberentur tabulis, iam tum a divina voce fuerunt promulgata. non enim vocem sine verbis, sed articulatam audivit ex medio ignis in Sinai populus.

τοῦ ἤκουσεν ἐκ μέσου τοῦ πυρός." ταῦτα δέ εἰσι τὰ ἅγια ῥήματα τοῦ νόμου, ἃ ὕστερον ἐνεχάραξεν ἐν πλαξίν.

Ὅτι Μωϋσῆς π΄ ἐτῶν ὢν ἡγεῖται τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἑβραίων ἔθνους, συνῆν τε αὐτοῖς νομοθετῶν ἐπὶ τῆς ἐρήμου ἔτη μ΄.

Ἀπὸ β΄ βιβλίου Ἰωσήπου τῆς ἀρχαιολογίας, ὅτι Φαραὼ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὥραν ἐθεάσατο καὶ τὰς τῶν ἐνυπνίων ὄψεις καὶ C *τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν. ἀλλὰ τῶν ἐξηγήσεων ἐπιλαθόμενος τὸν ταύτας ἀναμνήσοντα ἐζήτει. ὅτι ἐν τοῖς ἑπτὰ τῆς εὐθηνίας ἔτεσιν οὐ προῄσθοντο Αἰγύπτιοι τὸν ἑπταετῆ λιμόν. ὅτι τῶν ἱερογραμματέων τις ἀναγγέλλει τῷ βασιλεῖ Φαραὼ τεχθήσεσθαί τινα κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοῖς Ἰσραηλίταις, ὃς ταπεινώσει μὲν τὴν Αἰγυπτίων ἡγεμονίαν, αὐξήσει δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας τραφείς. διὸ καὶ γνώμῃ αὐτοῦ κελεύει πᾶν τὸ γεννηθὲν ἄρσεν ὑπὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰς τὸν ποταμὸν ῥίπτεσθαι. ἀλλὰ κρατήσειε δ᾽ ἂν οὐδεὶς τῆς τοῦ θεοῦ γνώμης, οὐδ᾽ ὁ μυρίας τέχνας ἐπὶ τούτῳ μηχανησάμενος. ὅτι ὁ πατὴρ Μωϋσέως κατὰ τοὺς ὕπνους πάντα τὰ κατὰ Μωϋσέα* D *καὶ Ἀαρὼν συμβησόμενα ἐκ θεοῦ προδιδάσκεται καὶ τῇ αὐτοῦ γυναικὶ Ἰοχάβεδ φανεροῖ. ὅτι Θέρμουθις ἡ θυγάτηρ Φαραὼ ἀνελομένη Μωϋσέα κελεύει γύναιον ἀχθῆναι καὶ θηλὴν τῷ παιδίῳ παρασχεῖν· πολλῶν δὲ ἀχθεισῶν μὴ προσιεμένου Μωϋσέως παρεστῶσα Μαριὰμ εἶπεν "εἰ τῶν ὁμοφύλων αὐτῷ γυναικῶν Ἑβραΐδων ποιήσειας ἀχθῆναι, τάχα ἂν προσίεται θηλήν." διὸ καὶ κελευ-*

sed scriptum est "verba eius audivit ex medio igne." ea porro sunt sancta legis verba, quae deinde tabulis insculpsit.

Moses annos natus 80 Ebraeum populum ex Aegypto eduxit, ac in solitudine leges eis posuit, adfuitque per annos 40.

Ex libro Iosephi de antiquitate secundo. Pharao et insomnia et eorum interpretationes eadem hora accepit. sed interpretationum oblitus, quaesivit qui eas ipsi in memoriam revocaret. septem fertilibus annis Aegyptii septennalem famem non praesenserunt. quidam eorum qui sacras literas tractant, Pharaoni indicavit eo tempore quendam inter Israelicos nasciturum, qui adultus Aegyptiorum regnum depressurus suumque populum evecturus foret. itaque rex huius consilio iubet omnes Israelicorum masculos partus in fluvium abiici. at enim dei sententiam nemo hominum infringere potest, ne si mille quidem artibus hoc moliatur. Mosis pater a deo per insomnium de omnibus quae Mosi et Aaroni eventura essent edoctus uxori suae Iochabethae significavit. Thermuthis filia Pharaonis cum Mosem ex aqua sustulisset, mulierem quaeri iubet quae eum lactet. multis adductis cum nullam Moses admitteret, adstans Maria "si" inquit "aliquam de popularibus eius Ebraeis mulieribus curares adduci, fortassis mammam admitteret." iussa hoc agere matrem

σθεῖσα ἄγει τὴν αὐτοῦ μητέρα, καὶ τὸ παιδίον ἀσμένως προσφύεται τῇ θηλῇ. ὅτι φιλοφρονούμενος Φαραὼ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ ἐπιτίθησι Μωϋσῇ τὸ διάδημα, ὁ δὲ διὰ νηπιότητα καταφέρει αὐτὸ εἰς γῆν καὶ τοῖς ποσὶν ἐπιβαίνει. τοῦ δὲ προδηλωθέντος ἱερογραμ- P 74 ματέως τοῦτο θεασαμένου καὶ ἀνελεῖν ἐπιχειρήσαντος ἡ Θέρμουθις ἐξαρπάσασα διεσώσατο. ὅτι χειροήθεις οὖσαι αἱ ἴβεις πρὸς μόνον τὸ τῶν ὄφεων γένος ἀγρίως ἔχουσι, καὶ δεινῶς ἀναρπαζόμεναι κατεσθίουσιν ἐλάφων μᾶλλον. ὅτι φθειρῶν ἄπειρόν τι πλῆθος τοῖς Αἰγυπτίοις ἐξήνθησεν, ἔνδοθεν ἀναδιδόμενον καὶ κακῶς διαφθεῖρον αὐτοὺς καὶ ὑπὸ μηδενὸς διαφθειρόμενον φαρμάκου. ὅτι ἐξελθόντες οἱ Ἑβραῖοι ἀπὸ Αἰγύπτου πεφυρμένοις ἀλεύροις καὶ πεπηγόσιν ἐπὶ λʹ ἡμέραις διετράφησαν σπανίως· ὅθεν καὶ εἰς μνήμην τῆς τότε ἐνδείας ἑορτὴν ἄγουσιν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ τὴν τῶν ἀζύμων λεγομένην· ἐξῆλθον δὲ μετὰ ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. B ὅτι τὸ τῶν ὀρτύγων γένος τρεφόμενον πλῆθος εἰς τὸν Ἀράβιον κόλπον ἐφίπταται, τὴν μεταξὺ θάλασσαν ὑπερελθόν, καὶ ὑπὸ κόπου τε ἅμα τῆς πτήσεως καὶ πρόσγειον μᾶλλον τῶν ἄλλων ὂν κατεφέρετο εἰς τοὺς Ἑβραίους. ὅτι τὸ μάννα παρήγγελτο ἐξ ἴσου πᾶσιν ἀσσάρωνα (τοῦτο δέ ἐστι μέτρον) εἰς ἑκάστην ἡμέραν συλλέγειν, ὡς οὐκ ἐπιλείψοντος αὐτοῖς βρώματος, ἵνα μὴ τοῖς ἀδυνάτοις ἄπορον ᾖ τὸ λαμβάνειν δι' ἀλκὴν τῶν δυνατωτέρων πλεονεκτούντων περὶ τὴν ἀναίρεσιν.

16 ὑπελθὸν, καὶ ὑποκολποῦται ἅμα τῇ πτήσει P. correxit ex Iosepho Xylander.

adduxit, eiusque ubera libenter infans admisit. Pharao filiae suae blandiens Mosi diadema imponit: infans autem aetatis simplicitate id in terram abiicit ac pedibus calcat. id cum videret is quem paulo ante diximus sacrarum literarum magister, interfici puerum iubet: sed Thermuthis ereptum neci subtraxit. ibis mansueta est avis, solis infesta anguibus; quos et crebro, amplius etiam cervis, rapit atque vorat. ingens pediculorum vis Aegyptios invasit, ex ipsis corporibus erumpentium, ac male eos multantium, neque ulli remedio cedentium. Ebraei ex Aegypto egressi tenuiter se sustentarunt per 30 dies, pasta subacta, quam secum extulerant. in cuius penuriae memoriam solennem octidui festivitatem agunt, quae ab infermentatis panibus Azymorum nominatur. coturnices magna multitudine auctae ad Arabicum sinum, transmisso mari quod in medio est, advolant; volandoque fatigatae cum sese magis magisque ad terram darent, ad Ebraeos devolant. manna iussi sunt Ebraei quotidie singuli assaronem (mensurae id nomen est) colligere: neque enim ita cuiquam cibum defuturum. id factum est, ne validiores plus legere satagentes imbecillioribus difficultatem cibi colligendi afferrent.

Ὅτι ἐπὶ σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ τῆς ἐπὶ τῆς βάτου θεοφανείας C ἀξιοῦται Μωϋσῆς, καὶ τῶν ὁμοφύλων τὴν ἡγεμονίαν καὶ μὴ θέλων ἐγχειρίζεται, σημείοις τε καὶ τέρασι καθοπλισθείς, καταλιπὼν Ἰοθὸρ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ ἢ γαμβρὸν (δισσῶς γὰρ καλεῖται) εἰς Αἴγυπτον ἅμα δυσὶ παισὶ Γηρσὰμ καὶ Ἐλιέζερ, καὶ γυναικὶ τῇ Σεπφόρᾳ, ᾗ καὶ ἐπιστὰς ἄγγελος θάνατον ἠπείλησεν. ἀλλὰ τοῦτον ἱλεώσατο καίπερ ἀλλόφυλος οὖσα ἡ γυνὴ τῷ τῆς περιτομῆς τοῦ παιδὸς αἵματι. συναντᾷ δὲ αὐτῷ καὶ Ἀαρὼν θεόθεν σταλείς, καὶ τὴν τῶν σημείων ἐπιβεβαιοῦται δύναμιν. ὅθεν καὶ τῷ Φαραὼ μετὰ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαοιδῶν ἀνθισταμένοις πρώτην πληγὴν ἐπήνεγκε, πᾶν ὕδωρ εἰς αἷμα ποιήσας· Μωϋσεῖ δὲ καὶ Ἀαρὼν καὶ D τοῖς Ἑβραίοις καθαρὸν ἦν καὶ πινόμενον. ἔνθεν γὰρ καὶ τοῖς γόησιν ἀντεσοφίσθη τὸ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις εὑρισκόμενον ὕδωρ αἷμα δοκεῖν φαίνεσθαι. τὸ δὲ αὐτὸ νοεῖται καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας πληγῆς τῶν βατράχων, Αἰγυπτίους μὲν πάντας τῷ πάθει μαστίζεσθαι, μόνην δὲ τὴν γῆν τῶν Ἑβραίων καθαρεύειν τοῦ πάθους. τρίτη πληγὴ ἡ τῶν σκνιπῶν, τετάρτη ἡ τῆς κυνομυίας, πέμπτη θάνατος κτηνῶν, ἕκτη ὁ αἰθαλώδης κονιορτός, ἑβδόμη αἱ φλυκτίδες τῆς χαλάζης, ὀγδόη ἡ ἀκρίς, ἐννάτη τὸ ψηλαφητὸν σκότος, δεκάτη θάνατος τῶν πρωτοτόκων.

P 75 Ἡ δεκάλογος. α΄. ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. β΄. οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα. γ΄. οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ ἐπὶ κενῷ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσει κύριος

Sereno meridie dei in rubo apparitione dignatus est Moses, suoque populo etiam nolens praefectus ac facultate miraculorum edendorum instructus, Iothore socero relicto, cum uxore sua Sepphora ac Gersomo et Eliezere filiis in Aegyptum profectus est. Sepphorae angelus occurrit, ac mortem est minatus; quem ea, tametsi alienigena, sanguine circumcisi filii placavit. obviam factus est etiam Mosi Aaron, missu dei, facultatemque prodigiorum confirmavit. proinde Pharaone sibi cum magis Aegyptiis resistente Moses primam plagam intulit, omni eorum aqua in sanguinem mutata, cum ipse interim Aaron atque Ebraei puram et potabilem haberent aquam. inde enim etiam praestigiatores sumpta aqua effecerunt ut ea sanguis videretur esse. sic etiam secunda plaga ranis Aegypto immissis, cum eae totam gentem vexarent, sola ab iis immunis fuit Ebraeorum terra. tertia plaga fuit culices, quarta muscae caninae, quinta iumentorum mors, sexta pulvis fuliginosus, septima pustulae et grando, octava locustae, nona tenebrae palpabiles, decima primogenitorum interitus.

Decem praecepta. 1. ego sum deus tuus, qui te ex Aegypto eduxi. 2. ne sint tibi alii praeter me dii. ne feceris tibi simulacrum aut ullius rei effigiem. 3. ne abutaris nomine dei: non enim absolvet deus eum

τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ. δ΄. μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν. ε΄. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς. ς΄. οὐ μοιχεύσεις. ζ΄. οὐ φονεύσεις. η΄. οὐ κλέ- B ψεις. θ΄. οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου. ι΄. οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου ἢ τὴν οἰκίαν ἢ τὸν ἀγρὸν ἢ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἢ τὴν παιδίσκην ἢ τὸν βοῦν ἢ τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ ἢ πᾶν κτῆνος αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστίν.

Αὕτη δὲ ἡ δεκάλογος τῶν γενικῶν ἐντολῶν ἐστὶν ἡ διάταξις. ταῦτα τὰ θεῖα διδάγματα φοβερᾷ τινὶ καὶ ἐνάρθρῳ φωνῇ διατέτακται, ὁρῶντος τοῦ λαοῦ καὶ ἀκούοντος· ἧς τὸ καταπληκτικὸν καὶ ἀκοαῖς δυσάντητον μὴ φέροντες ᾔτησαν διὰ Μωϋσέως τὰ λοιπὰ τῶν ἐφεξῆς εἰδικῶς αὐτοῖς ἐν πεντήκοντα κεφαλαίοις νομοθετηθέντα λαληθῆναι· ἦσαν δὲ περί τε οἰκετῶν καὶ φόνων ἑκου- C σίων καὶ ἀκουσίων, ἀτιμίας γονέων καὶ κακολογίας, κλοπῆς, πατάξεως ἐν μάχαις πρὸς θάνατον ἢ ζωήν, ἐλεύθερος πρὸς ἐλεύθερον καὶ δεσπότης πρὸς δοῦλον, καὶ ἀνδρὸς πρὸς ἔγκυον γυναῖκα, ἐκβολῆς ὀφθαλμῶν δούλου καὶ δούλης, κερατισμοῦ ταύρου πρὸς ταῦρον, κλοπῆς μόσχου, καὶ θανῆς κλέπτου ἐν τῷ διορύγματι, κατὰ ἐμπρησμοῦ βοσκημάτων καὶ ἅλωνος, κατὰ παρακαταθήκης ἀργυρίου ἢ χρυσίου, καὶ ὑποζυγίων καὶ παντοίων κτηνῶν χρήσεως παρὰ τοῦ πλησίον, φθορᾶς παρθένων καὶ θανάτου φαρμάκων, κτηνοβασίας καὶ θυσίας εἰδώλων, κακώσεως προσηλύτου καὶ ὀρ-

qui ipsius nomine abusus fuerit. 4. memento diem sabbati tibi sancte agendam esse. 5. patrem et matrem tuam in honore habe, ut prospere tibi eveniat diuque vivas in terra. 6. ne stuprum feceris. 7. neve homicidium. 8. neve furtum. 9. ne perhibueris falsum contra quemquam testimonium. 10. ne appetiveris uxorem domum agrum, non servum, non ancillam bovem iumentum aut quicquam omnino de bonis proximi tui.

Haec sunt decem praecepta, generalium mandatorum ordinatio. atque haec divina praecepta terribili quadam et articulata voce edita sunt, cernente atque audiente populo; cuius vocis terribilem audituque difficilem sonum non ferentes petiverunt ut sibi reliqua deus sermone Mosis proponeret. sunt autem reliqua quinquaginta peculiaria capita, de servis, de caedibus dedita opera aut casu perpetratis, contumelia parentibus illata, aut maledicto, furto, vulneribus inter pugnandum letalibus aut non letalibus impositis; ictibus quos liber libero, dominus servo, vir praegnanti mulieri infert; oculi elisione servi aut ancillae, tauro taurum cornu feriente, furto vituli, occidione furis in foramine, incendio pabuli aut areae, deposito auri vel argenti, commodato omnis generis iumenti ab amico, vitio virgini oblato, congressu cum bruto, sacrificio simulacris oblato, oppressione inquilini pupilli et viduarum,

D φανῶν καὶ χηρῶν δανειζομένων, κακολογίας εἰς θεὸν καὶ ἄρχοντα
τοῦ λαοῦ, ἀπαρχῶν ἅλωνος καὶ ληνοῦ, πρωτοτόκων υἱῶν μόσχων
τε καὶ προβάτων καὶ ὑποζυγίων, τοῦ εἶναι αὐτοὺς ἄνδρας ἁγίους
τῷ θεῷ, κρέας θηριάλωτον μὴ ἐσθίειν ἀλλὰ κυσὶν ἀπορρίπτειν,
μὴ παραδέχεσθαι ἀκοὴν ματαίαν, μὴ συμμαρτυρεῖν ἀδίκῳ, μὴ
συνεῖναι πολλοῖς ἐπὶ κακίᾳ, μὴ ἐκκλῖναι μετὰ πολλῶν κρίσιν, μὴ
ἐλεῆσαι πτωχὸν ἐν κρίσει, ἀποστρέφειν καὶ ἀποδιδόναι τὸν βοῦν
καὶ τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ πλανώμενον τὸν εὑρίσκοντα, καὶ
πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον συνεγείρειν, μὴ διαστρέφειν κρίσιν πένη-
P 76 τος δικαίαν, ἀπὸ παντὸς ῥήματος ἀδίκου ἀφίστασθαι, μὴ ἀναι-
ρεῖν ἀθῷον καὶ δίκαιον, μὴ δικαιοῦν τὸν ἀσεβῆ, δῶρα μὴ λαμ-
βάνειν ὡς ἐκτυφλοῦντα τοὺς βλέποντας καὶ τὸ δίκαιον λυμαινό-
μενα, προσήλυτον εὖ ποιεῖν, ἓξ ἔτη σπείρειν τὴν γῆν, τῷ δὲ
ἑβδόμῳ ἄφεσιν παρέχειν αὐτῇ εἰς ἀπόλαυσιν πτωχῶν ἢ θηρίων,
ὁμοίως καὶ τὸν ἀμπελῶνα καὶ τὸν ἐλαιῶνα, φιλανθρωπίαν ἐκπαι-
δεύειν αὐτούς. κατὰ τοῦτο δὲ τὸ ἔτος καὶ ἄφεσις ὀφλημάτων
ἐγίνετο, καὶ τῶν δουλευόντων Ἑβραίων ἐλευθερία, καὶ τὸν ἰωβη-
λαῖον ἀργεῖν ἐνομοθέτησεν. ἐλευθερίαν δὲ καὶ ἄφεσιν σημαίνει
τὸ ὄνομα. ἰωβηλαῖον δὲ τὸ πεντηκοστὸν προσαγορεύουσιν ἔτος,
B ἐν ᾧ κελεύει καὶ τὸν ἀγρὸν ἀναλαμβάνειν τὸν πεπρακότα καὶ τὰς
ἐν αὐτῷ οἰκίας, καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς καὶ παίδων ὠνητῶν ἐλευθε-
ρίας. ἓξ ἡμέρας ἐργάζεσθαι τὴν ἑβδομάδα, τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἀνα-
παύεσθαι. ὀνόματι θεοῦ ἀλλοτρίου μὴ ὀμνύειν, μήτε προφέρειν
διὰ στόματος. τρεῖς καιροὺς τοῦ ἔτους ἑορτάζειν, τὴν ἑορτὴν

pecuniis mutuatis, maledicto in deum aut populi principem, primitiis areae et torcularis, primogenitorum, filiorum, vitulorum, ovium, iumentorum; ut essent viri deo sacri. carnem a fera receptam mandavit non edi sed canibus obiici, vanum rumorem non admittere, sontem testimonio non sublevare, multis se sceleris socium non praebere, neque a recto ob multitudinem iudicium deflectere, in iudicio pauperem non miserari; bovem aut iumentum inimici ab errore in viam reducere atque restituere inventum, in erigendo sub onere collapsum iumentum ei opem ferre, pauperis iustum iudicium non pervertere, ab omni iniusta re abstinere, insontem et iustum non occidere, neque absolvere sontem; dona non accipere, quia excaecant videntes et iustitiae officiunt; inquilino benefacere; sex annos sementem facere, septimo terram egenis fruendam dimittere et bestiis; similiter et vineam et oleam. hoc humanitatis docendae causa instituit. eo anno etiam aes alienum dimitti iussit et servos Ebraeos libertate donari; Iubilaeique anni otium sanxit. Iubilaeus annus quinquagesimus quisque dicitur, idque nomen libertatem ac dimissionem notat. eo anno agri domusque venditae ad pristinos redeunt dominos, et debita abolentur, et aere empta mancipia liberantur. sex dies septimanae laborare imperavit, septimum quiescere. per nomen alieni dei neque iurare neque id omnino pronuntiare. tres quotannis

τῶν ἀζύμων πρώτην ἑπτὰ ἡμέρας τῷ μηνὶ τῷ νέῳ ἤτοι κατὰ τὴν πρώτην πανσέληνον τοῦ ἔαρος, δευτέραν ἑορτὴν θερισμοῦ πρωτογεννημάτων, καὶ τρίτην συναγωγὴν ἔργων τοῦ ἀγροῦ συντελείας ἀπὸ ἐξόδων ἐνιαυτοῦ, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς διὰ τοῦ μὲν πάσχα C τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἐξόδου, διὰ δὲ τῆς πεντηκοστῆς τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσόδου, διὰ δὲ τῆς σκηνοπηγίας τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ διαγωγῆς· ἐν σκηναῖς γὰρ οἰκοῦντες τεσσαράκοντα διετέλεσαν ἔτη. μὴ ὀφθῆναι κενὸν ἐναντίον κυρίου, καὶ πᾶν ἀρσενικὸν ὀπτάνεσθαι ἐνώπιον κυρίου κατὰ τὰς τρεῖς ἑορτὰς ταύτας. μὴ θύειν ἐπὶ ζύμῃ αἷμα θυσιάσματος κυρίου, ἀλλ' ἐπ' ἀζύμοις. μὴ μένειν ἕως πρωῒ στέαρ τῆς ἑορτῆς. καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν πρώτων γεννημάτων τῆς γῆς εἰσάγειν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἐφ' ἅπασι. μὴ ἕψειν ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ. ταῦτα τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ Μωϋσῆς ἐλθὼν ἀπήγγειλε τῷ λαῷ μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν θείων D παραινέσεων. καὶ ἀπεκρίθη μιᾷ φωνῇ πᾶς ὁ λαός, καὶ εἶπε "πάντας τοὺς λόγους κυρίου ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα," καὶ ἐγράφη ταῦτα πάντα.

Ὅτι Μωϋσῆς λαβὼν παρὰ θεοῦ δόξαν, ἐν τῷ προσώπῳ κάλυμμα τιθεὶς ἐπὶ τεσσαράκοντα χρόνοις διελέγετο τοῖς Ἰουδαίοις· οὐ γὰρ ἠδύναντο ἀτενίζειν εἰς αὐτόν. εἰσιόντος δὲ πρὸς κύριον περιῃρεῖτο τὸ κάλυμμα, ὥσπερ καὶ τοῖς κατὰ σάρκα μὲν τὸν νόμον ἀναγινώσκουσι κάλυμμα πωρώσεως ἐπίκειται τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ, τοῖς δὲ διὰ τοῦ πνεύματος

4

festivitates celebrare, Azymorum per septiduum novo mense, id est circa primum veris plenilunium, alteram primitiarum messis, tertiam sub finem anni, collectis agriculturae fructibus. admonebat autem eos pascha (ea enim est prima festivitas) exitus de Aegypto, pentecóste (quod est alteri festo nomen) introitus in terram promissam, tabernaculorum collocatio (sic tertia appellatur) vitae in solitudine in tabernaculis per quadraginta annos toleratae. mandavit etiam haec, coram domino sine munere non apparere, tribus dictis feriis omnem marem coram deo sisti, fermentum sacrificio domini non adhibere sed infermentatos panes, adipem sacrificii non relinquere in diem crastinum, omnium terrae frugum primitias in templo dei offerre, non coquere agnum in lacte matris suae. has constitutiones Moses a deo veniens populo exposuit, additis etiam aliis divinis exhortationibus. respondens autem una voce totus populus promisit se omnibus domini dictis obtemperaturum. atque omnia ista conscripta sunt.

Moses a deo splendore faciei ornatus velato vultu per annos quadraginta cum Iudaeis est locutus, conspectum faciei eius non ferentibus: cum autem ad dominum ingrederetur, velum removebat a facie sua. ita sane iis qui carnis dictata sequentes legem legunt, velum obdurati animi obducitur, ne gloriam Christi possint cognoscere. at qui spiritu

P 77 εἰσιοῦσι τὸ κάλυμμα τῆς ἀγνοίας ἀφαιρεῖται. ἀληθῶς δὲ τὰ ὀπίσθια τοῦ θεοῦ, τὴν σάρκωσιν τοῦ μονογενοῦς, ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου εἶδε Μωϋσῆς ὡς ἐπὶ πέτρᾳ τεθεὶς καὶ σκεπασθεὶς τῷ Χριστῷ· παρερχόμενον δὲ ἐν δόξῃ εἶδεν οὐ γυμνὸν ἀλλὰ σεσαρκωμένον θεόν.

Ὅτι αἱ μὲν πρῶται πλάκες χειρὶ θεοῦ λελάξευνται καὶ γεγράφαται, αἳ συντριβῆναι συγκεχώρηνται, ὅτι τύπος ἦσαν αὗται τοῦ πρώτου καὶ κατὰ τὸ γράμμα νόμου, ὥσπερ αἱ δεύτεραι ἃς Μωϋσῆς ἐλάξευσε καὶ ἔγραψε, τύπος ἦσαν σαφὴς τοῦ δευτέρου καὶ κατὰ πνεῦμα νόμου. ὥσπερ καὶ λαὸς ὁ πρῶτος ὁ μοσχοποιήσας τὸν πρῶτον ἐτύπου Ἰσραήλ, διὸ καὶ ἐν ὀργῇ θεοῦ καὶ αὐτὸς B καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν παλαιὸς διεσκεδάσθη νόμος. ὁ λαὸς δὲ ὁ δεύτερος τὸν νέον καὶ κατὰ Χριστὸν εἰκόνιζεν Ἰσραήλ, διὸ καὶ ἐν δόξῃ τοῦ προσώπου Μωϋσέως τὰς δευτέρας εὐλαβῶς ὑπεδέδεκτο πλάκας, καὶ ταύτας ἀφθάρτους ἐν τῇ τοῦ μαρτυρίου ἀποθέμενος ἐφύλαξε κιβωτῷ.

Ὅτι ἀπὸ μὲν τῶν κτηνῶν ὁ βοῦς καὶ τὸ πρόβατον καὶ τὸ αἰγίδιον, ὡς ἥμερα καὶ καθαρὰ καὶ εἰκόνα τῶν τοῦ Χριστοῦ τυποῦντα προβάτων, εἰς θυσίαν καὶ ὁλοκαύτωσιν τῷ νόμῳ παρείληπται, ἀπὸ δὲ τῶν πτηνῶν μόνα τρυγὼν καὶ περιστερά, τὸ μὲν ὡς φίλαγνον καὶ φιλήσυχον, τὸ δὲ ὡς φιλάλληλον καὶ φιλάνθρωπον, C καὶ ἄμφω ὡς καθαρὰ καὶ ἀκέραια καὶ ἁγίων ψυχῶν ἰδιότητας χαρακτηρίζοντα, εἰς θυσίαν καὶ ὁλοκαύτωσιν τῷ νόμῳ ἐξείλεκται καὶ παρείληπται.

duce intrant, iis velum ignorationis aufertur. ceterum Moses in Thabore monte revera posticum dei vidit, nempe incarnationem unigeniti, cum in saxo positus eoque tectus, nimirum Christo, praeterire cum maiestate non nudum sed incarnatum vidit deum.

Primae tabulae manu dei excisae fuerunt et inscriptae; permissumque est ut eae confringerentur. erant enim typus primae ac literalis legis, sicuti posteriores quas Moses excidit atque inscripsit, manifestum erant exemplum posterioris ac spiritualis legis. sicut et prior populus, qui vitulum conflavit, primi Israeli figuram gerebat: itaque is ira dei una cum antiqua lege abolitus est. at populus posterior novum ac Christianum Israelum designavit: itaque et a Mose faciei splendore illustrato populus posteriores reverenter accepit tabulas, easque in arca foederis repositas integras conservavit.

De bestiis in lege ad sacrificia solida atque ad alia sacrificia tantum bos ovis et hoedus admittuntur, ut animalia mansueta, pura et oves Christi repraesentantia. ex volucribus tantum turtur et columba ad sacrificium et holocaustoma admittuntur, alterum ut castitatis ac quietis, alterum ut sui comparis et hominum amans, utrumque ut purum et impollutum, ac proprietates sanctarum animarum sub imagine referens.

Ὅτι τὴν ἐρυθρὰν οἱ μὲν εἰς δώδεκα τομὰς λέγουσι κοπῆναι, καθὼς καὶ ὁ μέγας Χρυσόστομος ἑκάστῃ φυλῇ λέγει δίοδον ἰδίαν παρεχομένην, οἱ δὲ εἰς μίαν διὰ τὸ μίαν πληγὴν τὸν Μωϋσῆν τῇ θαλάσσῃ δεδωκέναι. ὅτι τῶν Ἰσραηλιτῶν τῆς θαλάσσης ἐξελθόντων τοὺς Αἰγυπτίους ἡ θάλασσα ἐκβράσασα νεκροὺς αὐτοῖς παραδίδωσιν· οὓς καὶ σκυλεύσαντες βουνοὺς πεποιήκασιν, καὶ ἡ γῆ χάνασα τούτους κατέπιε, κατὰ τὸ εἰρημένον "ἐξέτεινας τὴν δεξιάν σου, κατέπιεν αὐτοὺς γῆ." ἐλθόντες δὲ εἰς Ἐλὴμ εὗρον δεκαδύο D πηγὰς ὑδάτων καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων, οἵτινες ἦσαν τύποι τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, αἱ μὲν δώδεκα πηγαὶ τῶν δεκαδύο κορυφαίων, οἱ δὲ ἑβδομήκοντα φοίνικες τῶν τούτων φοιτητῶν, μεθ᾽ ὧν τὴν οἰκουμένην ποτίσαντες τὴν γλυκεῖαν καὶ στερεὰν τροφὴν τῆς θεογνωσίας τῷ κόσμῳ ἐπώμβρησαν. τὸ δὲ μάννα αὐτοῖς δοθὲν πᾶσιν ἴσον συνήγετο, καὶ δυνατῷ καὶ ἀσθενεῖ· ὁπόσον γὰρ τῷ ἰσχυρῷ προεθυμήθη συναχθῆναι, γομὸρ συνήγετο, ὅπερ ἐστὶν οὐγγίαι τριακονταδύο ἥμισυ, καὶ τῷ καταρραθυμήσαντι γομὸρ συνήγετο. καὶ εἰ εἰς τὴν αὔριον ἐφυλάχθη, διὰ σκωλήκων ἐφθεί- P 78 ρετο, ἐκτὸς τῶν σαββάτων· τὸ γὰρ τῇ παρασκευῇ συναγόμενον καὶ τῷ σαββάτῳ διεφυλάττετο ἀβλαβές. τύπος δὲ ἦν τοῦτο τὸ ἀδιάφθορον δηλῶν τοῦ δεσποτικοῦ σώματος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ταφῆς, σταυρῷ μὲν καὶ ἥλοις καὶ λόγχῃ φυσικῶς πεπονθὸς ὁμοιοπαθῶς ἡμῖν, διαφθορὰς δὲ καὶ διάλυσιν μηδ᾽ ὅλως ὑπομεμενη-

Mare rubrum alii in duodecim partes divisum fuisse tradunt, sicut et magnus ille Chrysostomus cuivis tribui ait peculiarem transitum praebitum. alii unam tantum eius fissionem agnoscunt, eo quod Moses unicum ictum mari dederit. Israelitis de mari egressis mare cum impetu in alveum rediens Aegyptios necatos ipsis obtulit; quorum cadavera, spoliata prius, acervatim congessere; ac terrae ea hiatu absorpta sunt, sicut scriptum est (Exod. 15) "simulatque extendisti manum tuam, illos terra deglutivit." cum ad Elima venissent, invenerunt 12 fontes aquarum ac 70 truncos palmarum. erant hi typi discipulorum Christi. ac duodecim quidem fontes duodecim apostolos, septuaginta palmae eorum discipulos significabant; per quos orbem terrarum irrigantes, dulci ac solido cibo divinae cognitionis mundum humectarunt. manna autem, quod ipsis datum fuit, ab omnibus aequali colligebatur mensura, tantum a valido quantum ab imbecilli. nam neque validus gomore (ea est mensura unciarum 32 cum semisse) amplius et tantundem ignavus colligebat. quod in crastinum adservabatur, id vermes corrumpebant, dempto sabbato: quod enim pridie sabbati colligebatur, id etiam per sabbatum integritati suae constabat. eo adumbrabatur corpus servatoris nostri, quo tempore in sepulcro erat futurum, omnis corruptionis expers fore. nam in cruce ea quae humana fert natura ac nostrae similis, a clavis erat atque lancea perpessum: sed neque ullam vel corruptionem vel dissolutionem senserat. castissimam quoque dei genitri-

κός. προτυποῖ δὲ τὸ μάννα καὶ τὴν πάναγνον θεομήτορα καὶ τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον. τοῦτο τὸ μάννα ἔφαγον Ἑβραῖοι ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη· καὶ γὰρ ἡ πᾶσα ὁδὸς τῆς ἀπὸ Αἰγύπτου ἐξελεύσεως τῶν Ἑβραίων, ἀπὸ Κάδδης βαρνῆ ἕως φάραγγος Ζαρέθ,
B μὴ οὖσα πλέον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, αὐτοῖς καταρεμβομένοις ὑπὸ θεοῦ, ἐν λη' χρόνοις διήνυσται.

Ὅτι πολεμούντων τῶν Ἰσραηλιτῶν τὸν Ἀμαλὴκ διὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ὃς πρὸ τούτου Ναύσης ἐκαλεῖτο, Μωϋσῆς τὰς χεῖρας σταυροειδῶς ἐξέτεινε, καὶ ἐκράτησεν ὁ Ἰσραὴλ τοῦ Ἀμαλήκ. ἐπὰν δὲ ἀτονήσας καθῆκεν αὐτάς, ἐκράτει ὁ Ἀμαλήκ. τότε Ἀαρὼν καὶ Ὢρ ὑποθέντες ταῖς χερσὶν αὐτοῦ πέτρας ἐφύλαξαν αὐτὸν ἕως δύσεως ἡλίου. ὅθεν καὶ κατετροπώσατο Ἰησοῦς τὸν Ἀμαλήκ, ἀποκτείνας αὐτὸν μαχαίρᾳ.

C Ὅτι Φορωνεὺς ὁ παῖς Ἰνάχου καὶ Νιόβης πρῶτος λέγεται παρ᾽ Ἕλλησι νόμους καὶ κριτήρια θέσθαι. ἡ δὲ Κρήτη ἀπὸ Κρητός τινος ἄρξαντος ἐκεῖσε ὠνόμασται.

Ὅτι ἡ Σκυθόπολις Βασὰν ἐλέγετο πρότερον.

Ἕως ὧδε ἡ πεντάβιβλος περιέχει ἱστορίαν τε καὶ πρᾶξιν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐτῶν τρισχιλίων ὀκτακοσίων ἑξηκονταεπτά.

Ὅτι ἀπὸ τοῦ νέου σίτου προφέρει ἡ ἁγία πόλις τὸ ἅγιον πάσχα, τὴν προσφορὰν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ.

Ὅτι τὴν κατασκευὴν τῆς κιβωτοῦ πᾶσαν καὶ τὴν στολὴν τοῦ ἱερέως καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πάντων, τῆς τε πόρπης, ἥτις ἐστὶ φίβλα

cem manna praefigurat, et vitam secundum virtutem institutam. ederunt Ebraei manna istud in solitudine per annos quadraginta. iter enim Ebraeorum ab Aegypti egressu, a Cades-barnea usque ad vallem Zaretham, cum non sit plurimum 50 dierum, ab ipsis divinitus hinc inde otiose vagari coactis annis totis 38 est confectum.

Iosua Nunis F. adversus Amalecum praeliante (eo qui ante Osea fuit dictus), quamdiu Moses in crucis formam manus intendit, victoria penes Israelicos fuit, remittente manus Mose Amalecus praevaluit. itaque Aaron et Or manibus eius saxa supposuerunt, ut usque ad occasum solis ita precando duraret. ac Iosua Amalecum ferro concidit atque vires eius attrivit.

Phoroneus Inachi et Niobae F. primus fertur Graecis leges dedisse ac iudicia constituisse. Creta autem a Crete quodam, qui ibi imperium obtinuit, nominata est.

Scythopolis antea Basanis nomen gessit.

Hactenus quinque Mosis libri complectuntur historiam atque res gestas ab Adamo ter mille octingentorum sexaginta septem annorum.

In divini mysterii celebratione, urbs sancta de novo pane sanctum pascha offert.

In monte Sinai Moses ante oculos vidit universum arcae apparatum, amictum pontificis, atque omnia ad eam pertinentia, fibulam, ta-

ἡ περόνη, καὶ τοῦ λογείου, ὅπερ ἔκειτο ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρ-
χιερέως διὰ δώδεκα λίθων, σημαινόντων διὰ μὲν τῆς αὐγῆς τὰ D
χρηστὰ διὰ δὲ τῆς ἐπισκοτώσεως τὰ δεινά, εἰς τὸ Σινᾶ ὄρος
ὀφθαλμοφανῶς ἐθεάσατο Μωϋσῆς, καὶ κατὰ ταῦτα ᾠκοδόμησεν
τὴν κιβωτὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ. τότε καὶ τὰς πλάκας τὰς πρώτας
ἔλαβε, καὶ τοῦ θεοῦ ἤκουσεν ὀργιζομένου καὶ λέγοντος "ἔασόν με
ἐκτρῖψαι αὐτούς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ ἰσχυρόν."
αὐτὸς δὲ δεηθεὶς ἐξιλάσατο τὸν θεόν, καὶ κατελθὼν τὸν μὲν
μόσχον κατέκαυσε πυρί, καὶ κατήλεσεν αὐτὸν λεπτὰ καὶ ἔσπειρεν
ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐπότισε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. καὶ ἐμφυλίῳ
πολέμῳ τὸν θεὸν ἱλεωσάμενος, πάλιν ἑτέρας τεσσαράκοντα ἡμέ- P 79
ρας νηστεύσας, ἄνεισιν εἰς τὸ ὄρος καὶ τὰς δευτέρας πλάκας λαμ-
βάνει. τότε εἶδε καὶ τὴν δόξαν κυρίου παρὰ τῇ ὀπῇ τῆς πέτρας
καθίσας, καὶ ἐδοξάσθη τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. ὀπίσθια δὲ θεοῦ
χρὴ νοεῖν τὰς θείας οἰκονομίας καὶ ἐνεργείας, πέτραν δὲ τῆς πί-
στεως τὸ στερρὸν καὶ ἀκράδαντον, ὀπὴν δὲ τῆς πέτρας τὸν τῆς
πίστεως ὀφθαλμόν (διὰ τοῦτο γὰρ οἱ κατὰ Μωϋσέα θεωροῦσι τὰ
ἀνέφικτα καὶ ἀθέατα), κάλυμμα δὲ τὴν ἀπιστίαν· ἡνίκα γὰρ ἄν-
θρωπος πιστεύσῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, ὥς
φησιν ὁ ἀπόστολος. τότε κατασκευάζει καὶ τὴν κιβωτὸν διὰ Βε- B
ζελεὴλ υἱοῦ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως, καὶ Ὢρ τοῦ συνόν-
τος καὶ Ἀαρών, ὅτε τὰς χεῖρας ἀνεῖχον Μωϋσέως κατὰ τοῦ Ἀμα-
λήκ. ἐτελειώθη δὲ τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς ἐν ἑπτὰ μησί, καὶ τῇ

22 καὶ] τῷ?

bullam oraculi, quae pendebat ad pectus pontificis maximi duodecim ornata gemmis, quarum fulgore quid expediret, obscuratione quid damno foret significabatur. ad eorum imitationem confecit arcam cum omni instrumento. tunc et priores accepit tabulas, deumque audivit per iram haec dicentem (Exod. 32) "permitte ut eos deleam, atque ex te deinde gentem magnam atque potentem propagem." sed Moses suis deprecationibus iram dei leniit. cum a monte descendisset, vitulum igne combussit inque pulverem redegit: hunc aqua inspersit, eam populo bibendam exhibuit. cumque bello intestino deum placasset, rursus inedia quadraginta dierum tolerata in montem evasit ac posteriores tabulas accepit. tunc etiam domini maiestatem vidit rimae saxi assidens, et facies ipsius illustrata est. per posteriora autem dei intelligere debes divinas dispensationes atque effectiones. per saxum fidei firmitatem inconcussam. per saxi rimam fidei oculum: eo enim Moses, et qui eum imitantur, inaccessa et invisibilia attingunt. per velamen incredulitatem: quando enim deo credit homo, tunc aufertur, teste apostolo. tunc etiam aram fabricatur opera Beseleelis, filii sororis suae Mariae, et Oris eius qui cum Aarone manus Mosis contra Amalecum orantis sustentavit. opera tabernaculi absoluta sunt septem mensibus; idque erectum stetit

πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνὸς τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς ἐξόδου ἔστη· ὅπερ καὶ ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Λευιτικῶν. τῷ δὲ δευτέρῳ μηνὶ ἐγένετο ἡ ἐξαρίθμησις τοῦ λαοῦ, καὶ εὑρέθη ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, καθὼς ἡ τετάρτη βίβλος τῶν ἀριθμῶν λέγει, μυριάδες ἑξήκοντα καὶ ,γφν', χωρὶς τῶν Λευιτῶν· οἱ δὲ Λευῖται ἀριθμηθέντες εὑρέθησαν χιλιάδες κβ'. τῷ C τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου Ἀαρὼν ἐτελεύτησεν ρκγ' ἐτῶν, καὶ Μωϋσῆς προχειρίζεται Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν Ἀαρών. Μωϋσῆς δὲ τῷ ια' μηνὶ τοῦ μ' ἔτους τῆς ἐξόδου, ἑκατοστῷ δὲ εἰκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, εὐλογήσας πάντα τὸν λαόν, ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος Ναβὰν ἤτοι Ἀμβρείμ, κείμενον ἐν τῇ Μωαβίτιδι πέραν τοῦ Ἰορδάνου κατὰ πρόσωπον Ἱεριχώ, καὶ κατοπτεύσας τὴν γῆν τὴν ἐπηγγελμένην αὐτῷ τῷ Ἰσραήλ, ἐτελεύτησε, καὶ οὐκ εἶδεν οὐδεὶς τὸν τάφον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, οὐδὲ ἐφθάρησαν τὰ χείλη αὐτοῦ. ἐπείραζε δὲ αὐτὸν ὁ διάβολος ὡς D ἡμαρτηκότα τῷ θεῷ συνελκύσαι μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν. ἀλλ' ἀρχαγγελικῇ διεκρούσθη χειρὶ ὡς προπετὴς καὶ θρασὺς καὶ τῶν τοῦ θεοῦ φίλων δυσμενής. ἐγένετο δὲ νεφέλη καὶ σκότος κατὰ τὸν τόπον, ὡς μὴ ἰδεῖν τινὰ ποῦ ἐτάφη Μωϋσῆς, καθὼς Ἰώσηπος ἱστορεῖ.

Ἰστέον ὅτι τὰ πέντε βιβλία τῆς ἀρχαιολογίας ὁ μακαριώτατος ἐν ἁγίῳ πνεύματι Μωϋσῆς ἀνετάξατο κατὰ τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν· ἥτις μετὰ ταῦτα, ὡς καὶ αἱ λοιπαί, εἰς Ἑλληνικὴν μετ-

prima die primi mensis secundi ab exitu Aegyptiaco anni, ut quidem Scriptura tertio libro, qui est Leviticus, testatur. secundo autem mense initus est populi numerus, censique a viginti annos nato et supra, ut est in Numerorum libro quarto, milia 603 ac 550 viri, absque Levitis, qui seorsim numerati deprehensi sunt 22 milia. quadragesimo ab exitu anno mortuus est Aaron, natus annos 123. in eius locum substituit Moses Eleazarum Aaronis filium. ipse Moses undecimo mense quadragesimi ab exitu anni, aetatis suae vigesimo supra centesimum, fausta precatus universo populo, in montem Nabanum (alias Abarima) situm in Moabico solo, cis Iordanem, e regione Ierichuntis, subivit, speculatusque inde terram Israelico populo promissam finem vivendi fecit. nemo sepulcrum eius novit: sed et viventis neque caligaverunt oculi neque labia marcuerunt. tentavit autem eum diabolus, veluti eum qui adversus deum deliquisset, eoque trahere conatus est quo reliquos peccatores. sed is, ut temerarius audaxque dei amicorum hostis, principis angelorum manu profligatus ab eo fuit. nebula autem et caligo circa eum locum est oborta, ne quis videre posset ubi Moses terrae esset conditus. ita Iosephus narrat.

Scire convenit quinque antiquitatis libros a beatissimo Mose spiritus sancti instinctu fuisse sermone compositos Ebraico; qui sequenti tempore cum reliquis in Graecam linguam sunt conversi a septuaginta

ἐβλήθη διάλεκτον ὑπὸ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευθεῖσα ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. καὶ ἡ μὲν Γένεσις ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς τὴν κοσμογένειαν τήν τε τοῦ ἀνθρώπου πλάσιν, τὸν κατακλυσμόν, P 80 τὴν τῶν Σοδομιτῶν ἀπώλειαν, τὴν ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους τῶν πατέρων Ἀβραὰμ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ βίωσιν καὶ τελείωσιν, τοὺς χρηματισμοὺς καὶ τὴν τοῦ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ βασιλείαν περιέχει. ἡ δὲ Ἔξοδος τὴν τοῦ Ἰσραὴλ περιέχει κάκωσιν, καὶ τὴν διὰ Μωϋσέως ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς διάβασιν, καὶ τὴν ἐν ἐρήμῳ διατριβήν, καὶ ὅσα νομοθετούμενος ἐπείρασε τὸν θεόν, καὶ τὴν τῆς σκηνῆς κατασκευήν. τὸ Λευιτικὸν τὴν τῶν θυσιῶν ποικίλην παράδοσιν καὶ τὴν τῶν ἱερέων διακόσμησιν. οἱ Ἀριθμοὶ τὴν διττὴν ἐπίσκεψιν εἴτ' οὖν ἀπαρίθμησιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ περιέχει, B τὴν μὲν πρώτην ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν μετὰ τὴν ἔξοδον εὐθὺς ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ γενομένην, τὴν δὲ δευτέραν ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἐλεάζαρ, μετὰ τὴν ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν πανωλεθρίαν τῶν πρώτων διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, γενομένην ἐν Ἀραβαὼθ Μωὰβ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ τὴν Ἱεριχώ. τὸ δὲ Δευτερονόμιον πάσας τὰς ἐξ ἀρχῆς μεγαλουργίας τοῦ θεοῦ μέχρι καὶ τῆς τοῦ Μωϋσέως τελευτῆς γενομένας εἰς αὐτοὺς περιέχει, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν δευτέραν ᾠδὴν πᾶσαν, καὶ τοὺς φυλάρχους οἳ καὶ ἔμελλον κατακληρονομεῖν τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν.

Διελθόντος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ τὸν Ἰορδάνην, περιέτεμεν ὁ Ἰη- C σοῦς πάντα τὸν λαὸν μαχαίραις πετρίναις· τὰ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη οὐδεὶς περιετμήθη, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν μαχί-

interpretibus sub Ptolemaeo Philadelpho. et liber quidem Geneseos complectitur ab initio repetitam mundi creationem, hominis effictionem, diluvium, Sodomaeorum interitum; tum natales vitam atque obitum Abrahami Isaaci Iacobi, oracula, regnum Iosephi in Aegypto. Exodus habet Israelici populi afflictionem, et eiusdem Mose duce per rubrum mare transitum, vitam in solitudine actam, utque populus lege accepta deum tentarit, nec non tabernaculi apparatum. Levitico insunt variae de sacrificiis praeceptiones et sacerdotum administratio. Numeri duplicem populi recognitionem sive recensionem continent, quarum prior statim ab exitu apud Sinaim montem habita fuit a Mose et Aarone: posteriorem censum, prioribus per quadraginta annos suae incredulitatis culpa a deo occidione deletis, iuxta Arabaotham Moabicae regionis ad Iordanem prope Ierichuntem Moses et Eleazarus egerunt. Deuteronomium omnia magnifica dei facta et in Ebraeos beneficia ab initio usque ad mortem Mosis recenset, itemque totum secundum canticum, ac tribuum principes, qui terram promissam erant distributuri.

Cum populus Israelicus Iordanem fluvium transivisset, Iosua cum cultris saxeis circumcidit. nam per quadraginta annos, quos in solitudine exegerunt, nemo circumcisus fuerat; ac plerique eorum qui ad

σιλέως Ἰούδα Ἰωσαφὰτ πολεμῆσαι τὸν βασιλέα Συρίας, τοξεύεται κατὰ τοῦ ἥπατος, καὶ ὑποστρέφει πρὸς Σαμάρειαν, αὐτὸς δὲ τελευτᾷ· τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ ἀπονίπτουσιν ἐπὶ τῆς κρήνης Σαμαρείας, καὶ ἐξέλειξαν οἱ ὕες καὶ οἱ κύνες τὸ αἷμα αὐτοῦ. μικρὸν δὲ κάτωθεν αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. καὶ Ἰεζάβελ ἀπὸ τοῦ τείχους πεσοῦσα τοῖς κυσὶ κατάβρωμα γέγονε κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου.

Ὀχοζίας υἱὸς Ἀχαὰβ κρατεῖ τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη δύο. οὗτος ἠρρώστησε, καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους ἐπερωτῆσαι ἐν τῇ Βάαλ μυιάων θεὸν Ἀκκάρων, εἰ ζήσεται ἐκ τῆς ἀρρωστίας αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ Ἠλίας συνήντησεν αὐτοῖς. καὶ ἀποστραφέντες εἶπον τῷ Ὀχο- B
ζίᾳ 'ἀνὴρ δασὺς συνήντησεν ἡμῖν, καὶ ζώνη δερματίνη ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀποστράφητε πρὸς τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς, καὶ εἴπατε αὐτῷ· τάδε λέγει κύριος· διὰ τὸ μὴ εἶναι θεὸν ἐν Ἰσραήλ, σὺ πορεύῃ ἐπερωτῆσαι ἐν τῇ Βάαλ. οὐχ οὕτως. ἡ κλίνη ἐν ᾗ ἀνέβης, οὐ καταβήσῃ ἀπ' αὐτῆς.' καὶ εἶπεν 'Ἠλιοὺ ὁ Θισβίτης ἐστί.' καὶ ἀπέστειλεν ἡγούμενον πεντηκοντάρχην καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτοῦ. καὶ Ἠλιοὺ ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους. καὶ εἶπεν ὁ πεντηκοντάρχης πρὸς αὐτόν 'ἄν-

homicidio perpetrato alienam possessionem invasisti. iccirco, quo loco sanguinem Nabothi sues et canes linxerunt, eodem et canes sanguinem tuum lambent et in eo scorta lavabunt; ac Iezabelam canes vorabunt ante muros Iezraelenses." exitus hoc vaticinium comprobavit: nam Achabus cum Iosaphato rege Iudae egressus in praelium contra regem Syriae, sagitta iecur ictus Samariam rediit ibique mortuus est; et cum sanguis eius elueretur apud fontem Samariae, eum sues et canes linxerunt, paulumque infra meretrices in eius sanguine lavarunt. Iezabela etiam de muro deiecta canibus escae fuit, sicuti deus fatus fuerat.

Ochozias Achabi F. regnum in Israelicos tenuit biennium. is cum aegrotaret, nuntios misit Accaronem, qui ex deo principe muscarum quaererent an valetudinem ex morbo suo esset recepturus. iis Elias occurrit, ac reversi Ochoziae nuntiarunt hominem ipsis hirsutum obviam factum, cinctu pelliceo: eum iussisse ut ad eum qui miserat redirent, eique nuntiarent deum ita fari, eum, scilicet quod in Israelo nullus sit deus, ideo Baalum consultum misisse. non ita fore. ipsum de lecto, quem conscendisset, nequaquam descensurum. respondit Ochozias Eliam eum fuisse Thisbitam, misitque viros quinquaginta cum suo praefecto. sedebat tum Elias in montis vertice. cui cum praefectus

θρωπε τοῦ θεοῦ, ὁ βασιλεὺς καλεῖ σε· κατάβηθι.' πρὸς ὃν
C Ἠλίας 'εἰ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἐγώ, καταβήσεται πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ καταφάγεταί σε καὶ τοὺς πεντήκοντά σου.' καὶ κατέβη πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτὸν καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτοῦ. οὕτως ἐγένετο καὶ τοῖς δευτέροις. ὁ δὲ τρίτος πεντηκοντάρχης ἐλθών, πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἐδεήθη καὶ εἶπεν 'ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, ἐντιμωθήτω δὴ ἡ ψυχή μου καὶ ἡ ψυχὴ τῶν παιδίων σου τούτων ἐν ὀφθαλμοῖς σου.' καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος κυρίου πρὸς Ἠλιοῦ, καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπε κατὰ τὸ ῥῆμα τὸ ἔμπροσθεν 'ἀνθ' ὧν ἐξαπέστειλας ἐπερωτᾶν τὴν μυῖαν, ἀποστὰς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἀποθανῇ σὺ καὶ οὐ ζήσῃ.' καὶ ἀπέθανεν Ὀχοζίας κατὰ τὸ ῥῆμα Ἠλιοῦ, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῷ σπηλαίῳ
D Μωϋσέως. ἐπὶ τούτου τοῦ Ὀχοζίου λιμώξαντες οἱ κατ' ἐκείνην τὴν περίχωρον, τὰ ἴδια σφάξαντες τέκνα κατέφαγον· ἐν κόπρῳ γὰρ περιστερῶν ἀντὶ ἁλὸς βάπτοντες ἐχρῶντο.

Ἐν δὲ τῷ τετρακισχιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ δευτέρῳ ἔτει ἀνελήφθη Ἠλίας. ἐντεῦθεν ὑποστρέφων Ἐλισσαιὲ εἰς Ἱεριχὼ θεραπεύει τὰ πονηρὰ ὕδατα διὰ ἁλῶν. ἀναβαίνοντος δὲ εἰς Βεθὴλ ἐξῆλθον παιδάρια μικρὰ ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐλίθαζον αὐτὸν καὶ κατέπαιζον αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον 'ἀνάβαινε φαλακρέ, ἀνάβαινε.' ὁ δὲ κατηράσατο αὐτῶν· καὶ ἰδοὺ ἐξῆλθον δύο ἄρκτοι ἐκ τοῦ δρυμοῦ, καὶ διέρρηξαν ἐξ αὐτῶν τεσσαράκοντα καὶ δύο παῖδας.
P 103 κἀκεῖθεν ὑπέστρεψεν εἰς Σαμάρειαν. ταύτην τὴν Σαμάρειαν ὁ πέμπτος βασιλεὺς Ἰσραὴλ κτίζει εἰς πόλιν (αὕτη δέ ἐστιν ἡ νῦν

dixisset "vir dei, rex te vocat, descende," respondit "si ego vir dei sum, de caelo ignis decidat, ac te cum tuis 50 viris perimat." idque statim factum est. eadem evenerunt iis qui secundo loco missi fuerunt. tertius cum 50 viris eodem missus in terram procubuit, vatemque obtestatus est uti sibi suisque parceret. monuit autem angelus dei Eliam ut descenderet; isque cum illis ad regem profectus, priorem sermonem repetiit, quod deo deserto, ad principem muscarum consultum misisset, ideo non victurum, sed moriturum. mortuus est ergo Ochozias secundum verba Eliae, et requievit in spelunca Mosis. huius Ochoziae aetate circum ista loca incolentes penuria eo adacti sunt ut suos liberos necatos comederent, fimo columbarum pro sale adhibito.

Elias in caelum raptus est anno mundi 4602. inde reversus Elisaeus Ierichuntem sale iniecto vitiosas aquas correxit. idem cum Bethelam adscenderet, pueruli urbe egressi eum lapidibus impetiverunt, atque illuserunt vociferando "adscende, calve, adscende." eos Elisaeus cum esset exsecratus, subito ex silva duo ursi egressi pueros quadraginta duos discerpserunt. inde Samariam reversus est. hanc urbem quintus Israelicus rex condidit: nunc Sebaste appellatur, id est Augusta.

καλουμένη Σεβαστή), ἐπωνόμασε δὲ αὐτὴν Σεβήρ, εἰς ὄνομα Σεβὰρ τοῦ κυρίου τοῦ ὄρους. τότε καὶ τὸ θαῦμα τοῦ ἐλαίου εἰς πληθυσμὸν τῇ γυναικὶ δέδωκεν Ἐλισαῖος, καὶ τὰ χρέα αὐτῆς δι' αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου ἐπλήρωσε, καὶ τῆς Σωμανίτιδος τὸν υἱὸν ἀνέστησε. τότε καὶ ἡ τολύπη τοῖς ἀνθρώποις φάρμακον ὂν ἐδόθη, καὶ δι' ἀλεύρου ἐθεραπεύθη. καὶ οἱ κρίθινοι κ' ἄρτοι καὶ αἱ πέντε παλάθαι τῶν ἰσχάδων ἐν τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσιν ἐπερίσσευσαν. καὶ τοῦ Νεεμᾶν ἡ λέπρα ἐθεραπεύθη, Γηεζῆ δὲ ἔλαβεν ἱμάτια καὶ ἀργύρια καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ λέπραν. ἐπὶ τούτοις καὶ B
τὴν ἀξίνην ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ἀνήγαγε, καὶ τὰ ἔνεδρα τοῦ βασιλέως Συρίας ἀνήγγειλε τῷ βασιλεῖ Ἰσραήλ. καὶ τοῦ βασιλέως Συρίας κυκλώσαντος αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος ἐπὶ τῷ κρατῆσαι, ὡς εἶδεν ὁ λειτουργὸς Ἐλισαιὲ τὰ ἅρματα καὶ τὴν δύναμιν, ἐφοβήθη, καὶ εἶπε 'κύριε, τί ποιήσομεν;' ὁ δὲ εἶπε 'μὴ φοβοῦ, ὅτι πλείους οἱ μεθ' ἡμᾶς ὑπὲρ τοὺς μετ' αὐτῶν.' καὶ προσηύξατο, καὶ ἤνοιξεν ὁ θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ παιδαρίου, καὶ εἶδε τὸ ὄρος ὅλον πλῆρες ἵππων καὶ ἅρμα πυρὸς περικύκλῳ Ἐλισαιέ. καταβάντων δὲ πρὸς αὐτόν, ἐπάταξεν αὐτοὺς κύριος ἀορασίᾳ. καὶ C
εἶπεν 'Ἐλισαιὲ δεῦτε ὀπίσω μου.' καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς εἰς Σαμάρειαν, καὶ ἠνοίγησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐν μέσῳ Σαμαρείας. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Σαμαρείας 'εἰ πατάξω, πάτερ;' καὶ εἶπεν 'οὐ πατάξεις. παράθες αὐτοῖς ἄρ-

15 ἡμῶν?

nomen ei imposuit Seber, a nomine Sebaris, qui dominus montis eius fuit. tunc et oleum mulierculae prodigiose multiplicavit Elisaeus, ac eo aes alienum ipsius diluit; et filium Sunamitidis exstinctum vitae restituit; et cucurbitam silvestrem ad vescendum hominibus propositam, cum sit venenata, farinae inspersione medicatam vescam fecit; et viginti panibus hordeaceis ac quinque caricarum massis centum viros saturavit, superante adhuc cibo. eadem tempestate Neeman lepra liberatus est, et eadem in Geezim ob acceptas vestes atque argentum translata. praeterea is vates et securim ex Iordane fluvio emergere fecit, et insidias regis Syri regi Israelico aperuit. cum autem rex Syriae vatem in monte obsidione cinxisset, uti eum in suam potestatem redigeret, famulus Elisaei conspectis curribus et copiis pertimuit, dominumque trepide rogavit ecquid sui defendendi causa facere possent. vates eum bono esse animo iussit: plures enim sibi adesse quam hostibus. deusque ad ipsius preces famulo oculos aperuit, ita ut cerneret montem equis obsitum et Elisaeum igneo curru circumdatum. deinde cum ad hostes Elisaeus degressus esset, eorum oculos deus caecitate quadam perstrinxit, ita ut Elisaei monitu cum ipso Samariam intrarent, idque tum demum sentirent, cum essent in media ea urbe constituti. ibi cum rex diceret "mi pater, anne illis manus afferam?" Elisaeus vetuit, cibumque iis et po-

τον καὶ ὕδωρ.' καὶ φαγόντες ἀπῆλθον πρὸς τὸν κύριον αὐτῶν,
καὶ οὐ προσέθεντο ἔτι οἱ μονόζωνοι Συρίας τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὸν
Ἰσραήλ.

Μετὰ δὲ Ὀχοζίαν ἐβασίλευσεν Ἰωρὰμ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ,
D καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Ἰηοῦ,
βασιλεύσας ἔτη δεκαδύο· ὃς ὑποτάξας τὸν Μασὰ βασιλέα Μωὰβ
ἦν λαμβάνων ἐξ αὐτοῦ φόρον κατ' ἐνιαυτόν, ἀρνοὺς χιλιάδας
ἑκατὸν καὶ κριοὺς χιλιάδας ἑκατόν. ἐφ' οὗ ἀνελήφθη ὁ μέγας
Ἠλίας. καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς Συρίας καὶ περιεκάθισεν ἐπὶ Σα-
μάρειαν, καὶ γέγονε λιμὸς μέγας ὥστε πραθῆναι κεφαλὴν ὄνου
ἀργυρίων τριάκοντα. καὶ ἦν Ἰωρὰμ διαπορευόμενος ἐπὶ τοῦ τεί-
χους. καὶ γυνή τις ἐβόησε πρὸς αὐτόν 'σῶσον κύριε βασιλεῦ.'
καὶ ἀποκριθεὶς εἶπε 'μή σῶσαι σὲ κύριος; πόθεν σώσω σε; μὴ
ἀπὸ τῆς ἅλωνος ἢ ἀπὸ τῆς ληνοῦ;' καί φησιν ἡ γυνή 'οὐχί, βα-
P 104 σιλεῦ. ἀλλ' ἡ γυνὴ αὕτη εἶπέ μοι, δὸς τὸν υἱόν σου, φαγώμεθα
αὐτὸν σήμερον, καὶ τὸν υἱόν μου αὔριον· καὶ ἑψήσαντες αὐτὸν
χθὲς ἐφάγομεν, καὶ σήμερον ἔκρυψε τὸν υἱὸν αὐτῆς.' ὅπερ ἀκού-
σας βασιλεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶδεν ὁ λαὸς τὸν
σάκκον ἐπὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἔσωθεν. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπε 'τάδε
ποιήσει μοι ὁ θεός, καὶ τάδε προσθείη, εἰ στήσεται ἡ κεφαλὴ
Ἐλισαίου σήμερον ἐπ' αὐτῷ.' καὶ ἀπέστειλε τὸν τριστάτην, ἐφ'
ὃν ἐπανεπαύετο. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ προφήτης 'τάδε λέγει

tum apponi mandavit. quibus refecti ad dominum suum redierunt, neque ab eo tempore levis Syriorum armatura in Israelicos ullam impressionem fecit.

Ochoziae Ioramus frater successit; qui cum se adversus deum male gereret, duodecim annis regno gesto ab Iehuo est interfectus. is Ioramus regem Moabitarum Masam devictum a se tributarium fecit, accepitque ab eo quotannis tributi nomine agnos 100000 totidemque arietes. eo regnante Elias ille magnus in caelum sublatus est. et Ader Syriae rex venit ac Samariam circumsedit; qua obsidione tanta in urbe fames exstitit ut caput asini 30 argenteis nummis venderetur. ea durante, cum Ioramus murum obiret, quaedam eum mulier contenta voce interpellavit, "serva" inquiens "me, domine rex." is respondit hoc quidem a deo esse postulandum. an enim putaret sibi vel de area vel de torculari posse opem abs rege ferri? mulier respondit nihil tale se flagitare. muliere alia (ea coram aderat) ita rogante suum se heri filium mactasse, coctumque ab ipsis communiter esse manducatum: ea autem se id lege fecisse, ut postridie illa suum ad coenam praeberet, quem hodie ipsa abscondat. hoc audito rex vestimenta sua laceravit, conspexitque populus saccum quo cutis regis amicta erat. diris autem tum exsecrationibus sese rex devovit, nisi eo ipso die Elisaeum capite truncasset. ac misit eum qui a rege erat tertius ac intimus regis satelles. huic vates ita est locutus. "ita fatur deus: cras hac eadem hora men-

κύριος. αὔριον, ὡς ἡ ὥρα αὕτη, μέτρον σεμιδάλεως σίκλου καὶ
δίμετρον κριθῆς σίκλου ἐν ταῖς πύλαις Σαμαρείας.’ καὶ εἶπεν ὁ
τριστάτης ‘εἰ ἀνοίξει κύριος τοὺς καταρράκτας τοῦ οὐρανοῦ, οὐ B
μὴ ἔσται τοῦτο.’ ὁ δὲ Ἐλισαῖος φησίν ‘ἰδοὺ ὄψει τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς σου, καὶ ἐκεῖθεν οὐ μὴ φάγῃ.’ καὶ ἄνδρες λεπροὶ τέσσαρες
παρὰ τὴν πύλην τῆς πόλεως καθήμενοι, καὶ τὸν λιμὸν μὴ φέρον-
τες, ἐβουλεύσαντο πρὸς τοὺς ἐναντίους αὐτομολῆσαι. καὶ δια-
ναστάντες ἐν τῷ σκότει εἰσῆλθον εἰς τὴν παρεμβολὴν Συρίας.
καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν ἀνὴρ ἐκεῖ, ὅτι κύριος ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν
παρεμβολὴν Συρίας φωνὴν ἁρμάτων καὶ ἵππων καὶ δυνάμεως
μεγάλης. καὶ ἀπέδρασαν ἐν τῷ σκότει πάντες, καταλείψαντες
ἅπαντα. καὶ τῶν λεπρῶν διασαφησάντων ἐν τῇ πόλει, ἀπέστει-
λεν ὁ βασιλεὺς γνῶναι εἰ ἀληθὴς ὁ λόγος. καὶ πορευθέντες ὀπίσω
τοῦ βασιλέως Συρίας ἕως τοῦ Ἰορδάνου, ἰδοὺ πᾶσα ἡ ὁδὸς πλή- C
ρης ἱματίων καὶ σκευῶν ὧν ἔρριψεν ἐν τῷ θαμβεῖσθαι αὐτούς.
καὶ ὑποστρεψάντων τῶν ἀπεσταλμένων, ἐξῆλθεν ὁ λαὸς τῆς πό-
λεως καὶ διήρπασε τὴν παρεμβολὴν Συρίας, καὶ ἐγένετο μέτρον
σεμιδάλεως σίκλου καὶ δίμετρον κριθῆς σίκλου κατὰ τὸ ῥῆμα κυ-
ρίου. τοῦ δὲ βασιλέως καταστήσαντος τὸν τριστάτην ἐπὶ τῆς
πύλης, συνεπάτησεν αὐτὸν ὁ λαὸς (καὶ ἀπέθανε) μὴ φαγόντα ἐκ
τοῦ σίτου κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ προφήτου.

Καὶ μέντοι καὶ τὸ Ἰεριχούντειον ὕδωρ δι’ εὐχῆς ἰάσατο.
πικρὸν γὰρ ἦν φύσει καὶ δύσποτον καὶ πρὸς τεκνογονίαν ἐμπόδιον D

sura similaginis siclo et duae mensurae hordei siclo vendentur in portis Samariae." at ille satelles "ne si quidem fenestras caeli aperiat deus, hoc ullo modo fieri potest." Elisaeus contra "sane" inquit "hoc ita fieri oculis tuis videbis, neque tamen inde quicquam gustabis." ea ipsa nocte quattuor leprosi qui ad urbis portam desidebant, fame superati ad hostes transfugere statuerunt. ii cum per tenebras Syrorum castra essent ingressi, neminem omnino hominem ibi repererunt. etenim deus fecerat ut in iis castris sonitus curruum equorum magnique exercitus audiretur; quo perterriti Syri omnibus rebus relictis in tenebris profugere. quam rem cum leprosi in urbem renuntiassent, misit rex quosdam exploratum anne id indicium verum esset. qui regis Syri vestigia usque ad Iordanem fluvium secuti totam viam vestibus et vasis repletam viderunt, quae trepidantes inter fugiendum Syri abiecerant. exploratoribus reversis populus urbe se ad hostium castra diripienda effudit. atque ita tum impleta sunt quae de vilitate annonae per vatem deus praedixerat. ille autem a rege tertius, cum eum rex portae praefecisset, obtritus a populo periit, non gustatis iis alimentis, sicuti et vates fore affirmaverat.

Idem Elisaeus precibus obtinuit ut aquae Ierichuntiae essent salubres, cum natura essent amarae, potui incommodae, fecunditati adver-

τε καὶ θανατηφόρον, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ πρὸς ἀρδείαν ἀνεπιτήδειον· ὅπερ εἰς εὐχρηστίαν ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι μεταβληθὲν εὐκαρπίας μάλιστα πολλῆς καὶ σωτηρίας ὑπῆρχε τῇ χώρᾳ πρόξενον. ἄχρι γὰρ δεῦρο πλημμυροῦν μεγίστην πιαίνει πεδιάδα, καὶ τρέφει παραδείσους καὶ φοινίκων γένη διάφορα μελιτοφόρα, ὧν οἱ πλεῖστοι πατούμενοι καὶ ἀποθλιβόμενοι μέλι πολὺ ἐκχέουσιν. ἔστι γὰρ μελιτοφόρος καὶ ἀρωματοφόρος ἡ χώρα πάνυ, φέρουσα κίτρον καὶ μυροβάλανον καὶ ὀποβάλσαμον ὅτι πλεῖστον· ἥτις δι᾽ ὀλίγων καρπῶν καὶ ἀνθρώποις ἐπιθυμητῶν εὖ μάλα τῷ παραδείσῳ πως παρεικάζεται.

P 105 Μετὰ δὲ Ἰωρὰμ ἐβασίλευσεν Ἰηοῦ υἱὸς Ναμεσσίου. τούτου εἰσερχομένου ἐν τῇ πόλει Σαμαρείας παρέκυψεν Ἰεζάβελ διὰ τῆς θυρίδος περικεκαλλωπισμένη· ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξε τοῖς εὐνούχοις αὐτῆς κατακρημνίσαι αὐτήν. τούτου δὲ γεγονότος Ἰεζάβελ κατεπατήθη ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ κατεβρώθη ὑπὸ τῶν κυνῶν. ἐπάταξε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα υἱοὺς Ἀχαὰβ καὶ τοὺς περιλειφθέντας αὐτοῦ πάντας ἐν Σαμαρείᾳ κατὰ τὸ ῥῆμα Ἠλιοῦ. συναθροίσας δὲ ἅπαν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς μετὰ πανουργίας "Ἀχαὰβ μὲν ἐδούλευσε τῷ Βάαλ ὀλίγα, Ἰηοῦ δὲ πολλὰ δουλεύσει αὐτῷ. καὶ νῦν πάντας καλέσατε πρός με τοὺς
B προφήτας καὶ ἱερεῖς τοῦ Βάαλ, ὅτι μεγάλη μοι θυσία τῷ Βάαλ· πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἀπολείψῃ, οὐ ζήσεται." συναθροισθέντων οὖν πάντων, καὶ τοῦ εἰδωλείου πλησθέντος, στόμα πρὸς στόμα φησὶν

sae et letales ac nonnunquam etiam ad rigandum solum inutiles. quae aqua mutatione ista hominum et pecoris usui accommodata, fertilitatis ac salutis plurimum isti regioni conciliavit. nam in hunc usque diem exundans campestrem maximam regionem impinguat, nutritque pomaria et palmeta mellifera, quorum fructus calcati atque pressi magnam mellis vim effundunt. est enim apprime mellifera et aromatifera ista regio, citrum producens et glandem unguentariam et opobalsami plurimum, ut propter raros et hominibus desiderabiles fructus non absurde paradiso comparari posse videatur.

Ioramo Iehuus successit, Namesii F. is cum Samariam intraret, Iezabela exornato corpore de fenestra prospexit. Iehuus eius eunuchis imperavit uti eam praecipitarent; quo facto Iezabela ab equis obtrita, a canibus devorata est. idem rex etiam septuaginta filios Achabi omnemque eius stirpem superstitem Samariae interfecit secundum Eliae vaticinium. inde coacta omni multitudine astute eos compellavit: Achabum exiguos, se multo plures Baali cultus praestiturum. proinde omnes Baalis vates ac pontifices ad se convocarent: nam se magnum Baali sacrificium instituisse, et necaturum, si quis illorum ab hoc abfuisset. ita iis omnibus congregatis, ac fano simulacri repleto, diserte mandavit servis

ὁ βασιλεὺς τοῖς δούλοις τοῦ Βάαλ 'ἐρευνήσατε ἀκριβῶς εἴ ἐστι μεθ' ὑμῶν τις τῶν δούλων κυρίου.' καὶ μηδενὸς εὑρεθέντος ἐκέλευσε τοῖς ὑπουργοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξαν πάντας ἐν στόματι ῥομφαίας· καὶ τὸν Βάαλ καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα ἐνέπρησε. πλὴν οὐκ ἐφύλαξεν εἰς τέλος τοῦ πορεύεσθαι ἐν νόμῳ κυρίου, καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ πολέμῳ, βασιλεύσας ἔτη εἴκοσι δύο.

Μετὰ δὲ Ἰηοῦ ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανε βασιλεύσας ἔτη κζʹ. μετὰ δὲ Ἰωάχαζ ἐβασίλευσεν Ἰωὰς ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε C τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανε βασιλεύσας ἔτη ιδʹ. ἐφ' οὗ Ἐλισαιὲ ἐτελεύτησε, προφητεύσας τῷ Ἰωὰς τὴν προτέραν διὰ συμβόλων κατὰ Συρίας νίκην, ἐπιτρέψας αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν τοξεῦσαι πεντάκις· καὶ τὸ μὲν τρίτον εὐστόχως ἔρριψε, τὸ δὲ τέταρτον ἠστόχησε, καὶ προφητεύει αὐτῷ ἕως τρίτης συμβολῆς νικῆσαι τοὺς Σύρους, τὰς δὲ ἑτέρας ἡττηθῆναι. εἰ γὰρ ἄχρι τῶν πέντε τὰ βέλη εὐστόχως ἐβεβλήκει, πεντάκις ἂν παραταξάμενος τὴν Σύρων ἀρχὴν κατέβαλε.

Γίνονται οὖν ὁμοῦ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλευσάντων ἀπὸ Δαβὶδ ἕως Σεδεκίου ἔτη υϟηʹ. οἱ δὲ βασιλεῖς ὑπῆρχον τὸν ἀριθμὸν κβʹ, πάντες δὲ ἐξ ἑνὸς ἐγένοντο γένους τοῦ Δαβίδ. ἐφ' ὧν ἦσαν D προφῆται, ἐπὶ μὲν Σαοὺλ Δαβὶδ καὶ Σαμουήλ, ἐπὶ δὲ Δαβὶδ αὐτὸς ὁ Δαβίδ, Γάδ, Νάθαν, Ἀσάφ, ἐπὶ Σολομῶντος καὶ τῶν μετ' αὐτὸν Μιχαίας ὁ Σιλωνίτης, Σαμέας ὁ Ἀδών. ἐπὶ δὲ Ἰω-

23 Μιχαίας] Ἀχίας margo P

Baalis rex uti dispicerent ecquis in turba esset dei cultor. cum inter Baalicos horum nullus inveniretur, regii famuli iussu regis Baalicos omnes ferro trucidarunt, Baalemque cum omni eius instrumento cremaverunt. ceterum Iehuus non perseveravit usque ad finem servandis dei praeceptis. in bello cecidit, regno per annos viginti duos gesto.

Successit ei Ioachazus filius, qui cum impie viveret, regno per annos viginti septem functus obiit. post hunc regnavit filius eius Ioas annos quattuordecim, impius ipse quoque. eo regnante Elisaeus moritur, praedicta prius Ioae de Syriis victoria, idque per signa. iussit eum sagitta terram quinquies petere. tertium Ioas scopum attigit, quarto aberravit. itaque ei vaticinatus est Elisaeus tribus eum praeliis de Syris victorem fore, reliquis succubiturum. quodsi quinquies scopum attigisset, quinquies collatis signis Syrorum imperium eversurum fuisse.

Annorum quibus Hierosolymis regnatum fuit a Davido usque ad Sedeciam, summa est quadringentorum nonaginta octo. reges fuerunt viginti duo, omnes Davido prognati. vates fuerunt Sauli tempore Samuelus et Davidus, Davidi ipse David, Gadus,1 Nathanus, Asaphus, Solomonis et posterorum Achias Silonites, Samaeas Adonius, sub Iosaphato et

σάφατ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν Μιχαίας, Ἠλίας, Ἐλισαῖος, Ἀβδίου. ἐπὶ δὲ Ἰηοῦ Ὀζιήλ, Ἐλεάζαρ, Ἀζαρίας. ἐπὶ δὲ Ἐζεκίου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν Ὡσηέ, Ἀμώς, Ἡσαΐας, Ἰωνᾶς. ἐπὶ δὲ Ἰωσίου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν Ἱερεμίας, Σοφονίας, Ὀλδά, Βαρούχ. ἐπὶ Σεδεκίου Ἱερεμίας, Ἀβακούμ. μετὰ δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπὶ Ἰησοῦ Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας. Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιὴλ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐν Βαβυλῶνι προεφήτευσαν.

P 106 Ἰωσάφατ ὑπὸ Ἐλισαίου χρισθεὶς εἰς βασιλέα ἐπὶ Σαμαρείας πάντα τοῦ Ἀχαὰβ τὸν οἶκον ἐτιμωρήσατο. αὐτὸν μὲν γὰρ τὸν βασιλέα Ἰωρὰμ κατατοξεύσας ἀναιρεῖ, κρημνῷ δὲ Ἰεζάβελ τὴν τούτου διαχειρίζεται μητέρα. καὶ ὁ τοῦ Ἀχαὰβ υἱοὺς διαχειρισάμενος προὔθηκεν αὐτῶν ἐπὶ τὰς διεξόδους τὰς κεφαλάς. ἔπειτα συναγαγὼν πάντας τοὺς τοῦ Βάαλ προφήτας καὶ ἱερεῖς, δημοτελῆ θυσίαν ἐπιτελεῖν προσποιησάμενος, πάντας ὑφ' ἓν ἀποσφάττει, καὶ τὸ εἰδωλεῖον κατασκάπτει καὶ καθιστᾷ λύτρωμα. ἐβασίλευσε δὲ ἔτη κη'.

Ἰωὰς υἱὸς Ὀχοζίου βασιλεύει μετ' αὐτὸν ἔτη ις'. οὗτος
B τὴν Γοθολιὰν ἀνεῖλεν. ἐπὶ τούτου ἱεράτευεν Ἰωδαέ, ζήσας ἔτη ρλ'. σημειωτέον ὅτι τοῦτον οὗτος φαίνεται μόνος βιώσας τὸν χρόνον μετὰ Μωϋσῆν.

Τῷ ,δχμη' ἔτει τοῦ κόσμου προφήτης Ἐλισαῖος τελευτᾷ, καὶ θάπτουσιν αὐτόν. μετ' οὐ πολὺ δὲ μονόζωνοι Μωὰβ ἦλθον

11 ὁ] τοὺς? 15 λυτρῶνα?

successoribus Michaeas, Elias, Elisaeus, Abdius, sub Iehu Ozielus, Eleazarus, Azarias. Ezechia regnante ac deinceps Oseas, Amosus, Esaias, Ionas. Iosiae aetate ac post Ieremias, Sophonias, Oldas, Baruchus. Sedeciae regno Ieremias, Abacucus. post exsilium sub Iesu Aggaeus et Zacharias. Danielus Ezechielusque in ipso exsilio Babylone vaticinati sunt.

Iosaphati F. ab Elisaeo sacra unctione regno Samariae inunctus totam Achabi familiam ultus est. nam et Ioramum eius filium regem sagitta interfecit, et huius matrem Iezabelam praecipitavit, et Achabi filios cum necasset, eorum capita in biviis exposuit. inde simulato se solenne sacrificium peracturum, universos Baalis vates atque sacerdotes conduxit, atque ad unum omnes iugulavit, fanumque simulacri demolitus in latrinam convertit. regnavit annos duodetriginta.

Ioas Ochoziae filius post eum annos sedecim. is Gotholiam necavit. hoc regnante Iodaas sacrificavit, annos natus 130. estque notandum hunc solum ad tantam aetatem pervenisse post Mosem.

Anno mundi 4648 vates Elisaeus moritur ac sepelitur. paulo post praedones Moabici in terram Israelicam impressionem faciunt, ac homi-

ἐν τῇ γῇ, καὶ ἔθαψαν ἄνθρωπον ἐν τῷ μνημείῳ Ἐλισαιέ. ὡς οὖν προσήγγισεν ἐκεῖνος τοῖς ὀστέοις τοῦ προφήτου, ἀνέζησε καὶ ἔστη ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Ἱεροβοὰμ ὁ υἱὸς Ἰωὰς ἐβασίλευσεν ἔτη μα'· ἐπὶ τούτου προεφήτευον Ἰωνᾶς καὶ Ἀμώς. Ζαχαρίας υἱὸς αὐτοῦ μῆνας ἕξ. Σελοὺμ τὸν Ζαχαρίαν ἀνελὼν ἐβασίλευσε μῆνας δέκα. Μαναεὶμ τῷ Σελοὺμ ἐπαναστὰς ἐβασίλευσεν ἔτη δέκα. οὗτος μὴ δεξαμένων C *αὐτὸν τῶν ἐν Θερσᾷ χειρωσάμενος ἀναιρεῖ, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας διαρρήσσει. Φαλκίας τοῦ Μαναεὶμ υἱὸς τὸν πατέρα διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. Φακεὲ ὁ τοῦ Ῥωμελίου τὸν Φαλκίαν ἀνελὼν ἐβασίλευσεν ἔτη η'· ἐπὶ τούτου Θεγλαφαλασσὰρ ὁ Ἀσσυρίων βασιλεὺς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπιστρατεύσας τὰ πλεῖστα τῆς γῆς αὐτῶν σφετερίζεται. Ὡσηὲ μετὰ τὸν Φακεέ, ὁ τοῦ Ἠλᾶ, βασιλεύει ἔτη θ'. ἐπὶ τούτου Σαλμανασσὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπιστὰς τῇ Σαμαρείᾳ αὐτόν τε ἄγει αἰχμάλωτον καὶ πάντα τὸν Ἰσραὴλ σὺν αὐτῷ, καὶ κατοικίζει αὐτοὺς ἐν Ἀλαὲρ καὶ Ἀβώρ, Μηδικαῖς πόλεσι, καὶ ἐπὶ ποταμῷ Γοζᾶν, ἔνθα τῆς εἰς θεὸν παραβάσεως δίκας ἐκτιννύουσι κακουχούμενοι. ὁ δὲ Ἀσσύριος* D *Βαβυλωνίους ἐν Σαμαρείᾳ πέμψας αἰσχρῶς καὶ ἀνόμως βεβιωκότας, οἰκεῖν αὐτόθι ἐκέλευσε. τούτους ὁ θεὸς λέοντας ἐξαποστέλλων διέφθειρε. πυθόμενος δὲ ὁ βάρβαρος καὶ συνιεὶς δέον ἔκρινεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκείνης τῆς κατὰ νόμον θεῷ λατρείας ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἕνα τῶν ἱερέων ἐξαποστείλας τὸν Ἔσδραν τὰ νομιζόμενα αὐτόθι ποιεῖν ἐκέλευσεν. ὁ δὲ καταμένων ἐν Βεθὴλ τὸν νόμον αὐ-*

nem quendam in Elisaei monumento sepeliunt: is ut ossa vatis attigit, redivivus in pedes suos constitit.

Ioroboamus Ioae filius regnavit annos quadraginta unum. eo regnante Ionas et Amosus vaticinati sunt. successit ei Zacharias filius. quem, cum 6 menses regnum tenuisset, Sellumus necavit, decemque menses regnavit. hunc Manaimus deiecit; et regno potitus decennium praefuit. is Thersam, cum oppidani eum non admitterent, vi cepit, oppidanos interfecit, ac gravidas etiam mulieres discidit. successit ei Phalcias filius, ac biennium regnavit. hunc Phaceas Romelii filius cum interfecisset, octennium regnum tenuit. hoc regnante Theglaphalassar Assyriorum rex Iudaeae bellum intulit, maioremque eius partem in suam potestatem redegit. Oseas Ilae filius post Phaream annos novem regnavit. tum Salmanassar Assyriorum rex Samariam expugnavit, regemque cum toto Israelico populo captivos abduxit, ac Alare et Aboro Medicis in urbibus collocavit ad flumen Gozanem. ibi in magnis calamitatibus viventes impietatis suae poenas dederunt. sed victor Babylonios, quorum vita erat flagitiis cooperta, habitatum Samariam misit; quos deus immissis leonibus perdidit. barbarus ea re cognita, sentiens oportere in ista terra deum ex praescripto legis suae coli, unum de sacerdotibus Esdram misit, qui rite ibi quae essent agenda conficeret. is Bethelae

τοὺς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸν θεὸν σέβεσθαι αὐτοὺς ἐδίδασκε. καὶ
οὕτως ἐξ ἐκείνου συμβαίνει ἐκ τῶν λεόντων τὴν γῆν ἠρεμῆσαι.
τούτους εἰσέτι Σαμαρείτας ἀπὸ τῆς χώρας προσαγορεύουσι· διὸ
P 107 καὶ ἀλλόκοτοι τὰς προαιρέσεις, διὰ δὲ τὴν τοῦ νόμου διδασκαλίαν
βραχεῖαν ἔχουσι θεοσεβείας ἔμφασιν· οὐδὲ γὰρ τῆς δεκαλόγου
πλεῖον παραλαβεῖν ἠξιώθησαν.

Ἐνταῦθα τῆς Ἰσραηλιτικῆς βασιλείας οἱ χρόνοι κατέληξαν
εἰς ἔτη τριακόσια τρία καὶ μῆνας ἑπτά, ἀρξάμενοι μὲν ἀπὸ Ἱερο-
βοὰμ τοῦ Ναβάτ, καταλήξαντες δὲ εἰς Ὠσηὲ τὸν τοῦ Ἠλᾶ καὶ
τὴν ὑπὸ Σαλμανασσὰρ τοῦ Ἰσραὴλ μετοικεσίαν ἀπὸ Σαμαρείας εἰς
Μήδους. ἤκμαζε δὲ καὶ ἡ προκειμένη τῶν ἐκ Δαβὶδ βασιλεία,
τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ δεκάτου τῆς τοῦ Σαοὺλ ἔχουσα μοναρχίας,
καταλήξασα δὲ ἐπὶ τὸν Ῥοβοὰμ τὸν τοῦ Σολομῶντος. Ἀβία δια-
B δεξάμενος τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν βασιλεύει ἔτη τρία ἐν Ἱερουσα-
λήμ. Ἀσᾶ ἔτη μα'· οὗτος ἤδη γηραιὸς ὢν ἀρθριτικῷ τοὺς πόδας
ἤλγησε πάθει. Ἰωσάφατ μετὰ τοῦτον ἔτη κε'· ἐπὶ τούτου προε-
φήτευσε Μιχαίας καὶ Ἀβδίας καὶ Ἐλεάζαρ καὶ Ἀνανίας. Ἰωρὰμ
τὸν πατέρα Ἰωσάφατ διαδεξάμενος ἔτη η'.

Ἐν Σαμαρείᾳ Γοθολία ἡ θυγάτηρ Ζαμβρῆ τοῦ βασιλέως
Ἰσραὴλ ἔτη η'. αὕτη πασῶν ἀσεβεστάτη γενομένη γυναικῶν πάν-
τας ἀναιρεῖ τοὺς Ὀχοζίου παῖδας, Ἀχαὰβ τῷ Ἰσραηλίτῃ βασιλεῖ
τιμωρουμένη· ἐδόκει γὰρ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τούτου. Ἰωσαβὲδ
δὲ ἡ τοῦ Ὀζίου ἀδελφή, γυνὴ τοῦ ἀρχιερέως Ἰωδαέ, κλέψασα
C Ἰωὰς τὸν Ὀχοζίου υἱὸν ὀκταετῆ τυγχάνοντα Ἰωδαὲ προσήγαγεν.

moratus populum legem divinam ac dei cultum docuit. quo factum est ut regionem leones infestare desinerent. hos etiamnum Samaritas a loco vocant: propterea etiam a Iudaeis diverso instituto vitae, tamen ob legis disciplinam aliquantulum religionis prae se ferunt. neque enim praeter decalogum quicquam iis discere concessum fuit.

Hic finis est regni Israelici, quod annos 303 mensesque 7 duravit, coeptum a Ieroboamo Nabasi F. et finitum Osea Ilae F. rege, cum is ac populus Israelicus a Salmanassare est a Samaria in Mediam deportatus. ceterum a decimo regni Sauli anno regnum Davido et eius progeniei propositum coepit; floruitque ita ut in Roboamo Solomonis F. deficeret. huic Abias successit, regnumque per annos tres Ierusalemae gessit. Asas deinde annos 40. is magno iam natu ex pedum articulis laboravit. post hunc Iosaphatus annos 25: eo regnante Michaeas, Abdias, Eleazarus et Ananias vaticinati sunt. Ioramus patri Iosaphato suffectus annos 8.

Samariae Gotholia, filia Zambrae regis Israelici, annos 8. haec omnium mulierum sceleratissima Ochoziae universam prolem interficit, ulta hoc modo Achabum Israelicum regem, qui ex ea gente videbatur fuisse. sed Iozabea Ochoziae soror, uxor Ioiadae summi pontificis, Ioasum filium Ochoziae octo annorum suffurata Ioiadae tradidit; quem is

αὐτὸς δὲ χρίσας ἀνέδειξε βασιλέα, Γοθολίαν ἀνελών. εὐσεβὴς δὲ κατ᾽ ἀρχὰς γενόμενος πάντα καθαιρεῖ τὰ εἴδωλα, πλὴν τῶν μετεώρων. εἰδωλολατρεῖ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει Ἰωάς, καὶ Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Ἰωδαὲ υἱὸν τὸν προφήτην, αἰτιώμενον τὴν ἐκτροπήν, καταλεύσας ἀναιρεῖ. βασιλεύει δὲ ἔτη μ′. Ἀμεσίας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κθ′· ἐπὶ τούτου Σίβυλλα ἡ Κυμαία ἐγνωρίζετο. Ὀζίας ὁ καὶ Ζαχαρίας, υἱὸς Ἀμεσίου, ἔτη νβ′. οὗτος θεοσεβὴς ἀνὴρ ἦν· ὕστερον δὲ τῶν ἁγίων ἐπιβῆναι πειρασθεὶς λεπροῦται, καὶ ἐδίκαζεν ἀντ᾽ αὐτοῦ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ἦν δὲ ἀρχιερεὺς Ἀζαρίας, προφήτης δὲ Ἀμὼς καὶ Ἡσαΐας ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ Ὠσηὲ καὶ Ἰωνᾶς. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Λυκοῦργος Λακεδαιμονίων ἐνομοθέτει. D

Ἰωάθαμ ὁ υἱὸς Ὀζίου ἔτη ις′. ἐπὶ τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει Ἴφιτος τὰς Ὀλυμπιάδας ἐνέστησεν, ὅ ἐστι τετραετηρικὸς χρόνος. παρ᾽ Αἰγυπτίοις δὲ κυρίως Ὀλυμπιὰς ἡ σελήνη καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μῆνα περιπολεῖν τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὃν οἱ παλαιοὶ Ὄλυμπον ἐκάλουν. ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐγεννήθησαν, οἵτινες ἐν τῇ ζ′ Ὀλυμπιάδι τὴν Ῥώμην ἤρξαντο κτίζειν. τούτων τὴν διήγησιν πλατύτερον ἐν τῇ τάξει τῶν βασιλέων εὑρήσεις.

Ἐζεκίας τὸν Ἀχὰζ διαδεξάμενος ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη κθ′. P 108
ἐν τῷ ς′ ἔτει τούτου μετῳκίσθη ὑπὸ Σαλμανασὰρ τοῦ καὶ Ναβονασάρου, βασιλέως Ἀσσυρίων, Σαμάρεια αἰχμαλωτισθεῖσα.

unctione sacra regno inauguravit, ac Gotholiam necavit. Ioasus ab initio pius fuit et simulacra omnia abolevit, solis collibus non excisis. sed ad extremum impios simulacrorum cultus amplexus, vatem Zachariam Ioiadae F, quod is hanc regis perversionem culparet, lapidibus obrutum necavit. regnavit annos quadraginta, Amasias filius eius, annos viginti novem. huius aetate Sibylla Cumaea innotuit. Ozias, qui et Zacharias, Amasiae filius annos quinquaginta duos. fuit hic vir religiosus: sed postea temporis templi aditum intrare conatus in lepram incidit, filiusque ipsius loco ius populo dixit. erat tum pontifex maximus Azarias, vates Amosus et eius filius Esaias, ac Oseas et Ionas. ea tempestate Lycurgus Lacedaemoniis leges posuit.

Ioathamus Oziae F. regnavit annos sexdecim. primo huius regni anno Iphitus Olympiadas instituit, quod est quattuor annorum tempus. apud Aegyptios autem proprie lunae Olympiadis nomen tribuitur ideo, quia mensis spatio signiferum orbem circuit, quem Olympum veteres dixerunt. prima ista Olympiade Romulus et Remus nati sunt, qui septima Olympiade Romam coeperunt condere; quarum rerum narrationem copiosiorem in regum recensione invenies.

Esechias patri Achazo successit, regnumque annos 29 gessit. hoc sextum annum regnante Salmanassar, qui et Nabunassar dicitur, rex Assyriorum, Samaria capta Israelicum populum captivum abduxit. haec

αὕτη πρώτη ἡ αἰχμαλωσία Ἰσραήλ. οὗτος δὲ καὶ Σαρδανάπαλος
ἐλέγετο, ἦν δὲ πατὴρ τοῦ Ναβουχοδονόσορ. ἀναγκαῖον δὲ ζητῆ-
σαι περὶ τῆς τῶν Ἀσσυρίων βασιλείας, πῶς ταύτης πρὸ ϟϛʹ ἐτῶν
καθαιρεθείσης ὑπὸ Ἀρβάκου τοῦ Μήδου, τοῦ ταύτην εἰς Μή-
δους μετενέγκαντος, ἡ γραφὴ τὸν Σαλμανασὰρ βασιλέα Ἀσσυ-
ρίων καλεῖ. καί * φησιν ὅτι Μήδων μὲν γένος κατὰ διαδοχὴν
ἀπὸ Ἀρβάκου ἐβασίλευσεν, ἡ δὲ βασιλεία καὶ Ἀσσυρίων ἐλέγετο
διὰ τὸ εὐγενὲς καὶ παλαιὸν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ τῆς χώρας ὄνομα· ὁ
B γὰρ τῶν Ἀσσυρίων οὗτος βασιλεὺς ὑπὸ τὴν ἡγεμονίαν Μήδων
ὢν Ἀσσυρίων βασιλεὺς κατέστη. ὁ τοίνυν Ἐζεκίας τῷ ιεʹ ἔτει
τῆς βασιλείας αὐτοῦ νοσήσας πρὸς θάνατον προσθήκην ζωῆς ἔλαβε
διὰ Ἡσαΐου ἐτῶν ιεʹ. καὶ πιστοῦται ταῦτα διὰ τοῦ παραδόξου
σημείου τῆς ἐπανόδου ἡλίου, τῆς φυσικῆς κινήσεως δέκα βαθμοὺς
ἀναποδισάσης ἤγουν δέκα ὥρας καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ὡς
εἶναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην μόνην χωρὶς τῆς ἰδίας νυκτὸς ὡρῶν κβʹ.
οὗτος καὶ σωφροσύνην ἀσκῶν ἀπὸ τῆς νόσου ἀναστὰς ηὔξατο παι-
δοποιῆσαι. οὗτος τὸν ὄφιν ὃν ἐκρέμασε Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ,
καθεῖλε καὶ ἐχώνευσεν, ὅτι αὐτῷ ἐθυμία ὁ λαός. ἀλλὰ καὶ βι-
C βλίον Σολομῶντος, ἰαματήριον παντὸς πάθους ἐγκεκολαμμένον,
ἐξέκαυσε καὶ ἠφάνισε, τάς τε περὶ τῶν παραβολῶν καὶ ᾠδῶν, ἐν
αἷς περὶ τῶν φυτῶν καὶ παντοίων ζῴων φυσιολογία, χερσαίων
πετεινῶν τε καὶ νηκτῶν, καὶ ἰαμάτων πάθους παντός, γραφείσας
αὐτῷ, ἀφ' ὧν καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων ἰατροσοφισταὶ σφετερισάμε-

est prima Israelicorum deportatio. is rex etiam Sardanapalus fuit appellatus, et est pater Nabuchodonosoris. necesse est autem quaerere de regno Assyrio, qui fiat quod scriptura Salmanassarem Assyriorum regem nominet, cum ante annos 96 ab Arbace id regnum abolitum, et ad Medos translatum fuerit. causa redditur, quod quamvis ab Arbace successio in regno fuit Medicae gentis, id tamen etiam Assyrium nuncupatum fuit ob nobilitatem et vetustatem Assyriorum ac regionis nomen. namque hic Assyriorum rex cum Medis subesset, Assyriorum rex constitutus fuit. ceterum Ezechias rex anno sui regni quindecimo letali morbo correptus ministerio Esaiae propagationem vitae in quindecim annos obtinuit; quae ei confirmata est prodigioso solis per decem gradus adversus suum naturalem cursum reditu, quo dies per totum terrarum orbem horis 10 auctus 22 horarum fuit, suaque nocte caruit. is rex quantumvis castitati deditus, a morbo tamen resurgens, voto concepto liberis operam dedit. idem serpentem aereum, quem in solitudine Moses suspenderat, deposuit atque conflavit, quod ei populus adoleret. quin et librum Solomonis, cui omnis generis morborum remedia incisa erant, crematum de medio sustulit; et eiusdem libros de comparationibus, et carmina in quibus de stirpium atque animalium omnium terrestrium volucrium et natantium natura, remediisque omnium morborum inde petendis disseruerat (unde Graecorum medici materiam suffurati

νοι καὶ τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες τὰς ἰδίας συνεστήσαντο τέχνας. ταῦτα τοίνυν τὰ βιβλία Ἐζεκίας κατακαύσας ἀφανῆ ἐποίησεν, ὡς λέλεκται, ἐπειδὴ τὰς θεραπείας τῶν νοσημάτων ἔνθεν κομιζόμενος ὁ λαὸς περιώρα τὰς ἰάσεις αἰτεῖν παρὰ θεοῦ. ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις τοῦ Ἐζεκίου ἀνέβη Σεναχηρεὶμ ὁ διάδοχος Σαλμανασάρ· καὶ πλεῖστα μεγαλορρημονήσαντος κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ D
λαοῦ αὐτοῦ, παρεκλήθη ὁ διασκεδάζων βουλὰς ἐθνῶν καὶ ἀθετῶν λογισμοὺς λαῶν καὶ βουλὰς ἀρχόντων, καὶ ἀποστείλας ἄγγελον ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων χιλιάδας ρπε΄. καὶ οὕτω μετ' αἰσχύνης καὶ λύσσης ὁ Σεναχηρεὶμ ἀναζεύξας εἰς Νινευὶ δεινῶς ἀνῄρει τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ Σαλμανασὰρ ἀπὸ Σαμαρείας τοῦ Ἰσραήλ. ὃν αὐτίκα θεία δίκη μετελθοῦσα, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων ἀναιρεθέντος, ἐπαύθη τῆς αἰχμαλωσίας ἡ ἄδικος σφαγὴ διὰ τῆς ἐνδίκου ἀναιρέσεως.

Ἐν ταύτῃ τῇ αἰχμαλωσίᾳ ὑπῆρχέ τις ἐλεήμων ἄνθρωπος P 109
τοὔνομα Τωβήτ, καὶ πολλὴν ἔχων σπουδὴν εἰς τὸ θάπτειν τοὺς ἀποθνήσκοντας τῶν Ἰουδαίων. περὶ ὧν καὶ διαβληθεὶς τῷ βασιλεῖ καὶ φυγὼν ἐκοιμήθη ἔξω τοῦ τείχους· καὶ ὡς εἴωθε πολλάκις γίνεσθαι, κοιμώμενος καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠνεῳγμένους ἔχων, καὶ στρουθίων ἀφοδευσάντων εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, λευκώματα πεποίηκεν. ἦν δὲ καὶ ἐν Ἐκβατάνοις κόρη συγγενὴς αὐτοῦ, ἥτις ἑπτὰ ἄνδρας λαβοῦσα, καὶ πάντων ὑπὸ δαίμονος ἀναιρουμέ-

20 *forte* λευκώμασι περιπέπτωκεν margo P

suas artes constituerunt) combussit, sicuti rettulimus, quia populus ex iis remedia morborum petens a deo sanitatem poscere negligebat. regnante Ezechia in Iudaeam copias adduxit Senacheribus, Salmanassaris successor. qui cum gloriose multa in dominum et populum eius deblaterasset, irritatus est is qui consilia gentium dissipat et populorum cogitationes irritas facit ac consilia principum eludit. is misso angelo de exercitu Assyriorum milia 185 interfecit. ita cum dedecore et rabie Niniven reversus Senacheribus in captivos a Salmanassare abductos Israelicos magna caede desaeviit. quem mox divina ultio insecuta suorum filiorum manibus occidit, eaque iusta neces iniustam captivorum occidionem sedavit.

Fuit tum inter captivos homo quidam misericors, nomine Tobias, qui in sepeliendo interfectos Iudaeos multum operae impendebat. qua de causa apud regem delatus, cum sibi fuga consuluisset et extra moenia dormiret apertis, ut saepe fit, oculis, passeres in oculos eius stercus deiecerunt, eoque casu in albuginem incidit. erat Ecbatanis puella ipsum cognatione attingens; quae cum septies nupsisset, sponsosque singulos

νων πρὸ τοῦ γνῶναι ταύτην, ηὔξατο. καὶ ἀπέστειλεν αὐτῇ βοηθὸν ὁ θεὸς τὸν ἄγγελον Ῥαφαήλ. ὁ οὖν Τωβὴτ παραγγείλας τῷ B υἱῷ αὐτοῦ Τωβίᾳ μὴ λαβεῖν ἀλλαχόθεν γυναῖκα εἰ μὴ ἐκ τῆς φυλῆς καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, δίδωσιν αὐτῷ χειρόγραφον περὶ ταλάντων δέκα χρυσίου ἃ καὶ παρέθετο ἐν τῇ Μηδίᾳ, πρὸς τὸ ἀπελθεῖν καὶ λαβεῖν αὐτὰ διὰ τάχους. τοῦ δὲ παιδὸς ζητοῦντος συνοδοιπόρον ὡς τὴν ὁδὸν ἀγνοοῦντος, εὑρίσκει θεοῦ προνοίᾳ τὸν ἄγγελον Ῥαφαὴλ ὡς ἄνθρωπον ἑστῶτα. ὃν μισθωσάμενος, εἰδέναι τὴν ὁδὸν λέγοντα καὶ Ἀζαρίαν ὀνομαζόμενον, συνοδεύει τούτῳ. καὶ διελθόντων αὐτῶν εἰς τὸν ποταμὸν Τίγριν, καὶ τοῦ παιδὸς εἰσελθόντος λούσασθαι, καὶ ἰχθύος αὐτῷ μεγάλου ἐπιπηδήσαντος, εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος ἐπιλαβέσθαι τοῦ ἰχθύος καὶ τεμεῖν αὐτοῦ τὴν γαστέρα, καὶ λαβεῖν τό τε ἧπαρ καὶ τὴν καρδίαν C καὶ τὴν χολήν, καὶ φυλάττειν. τοῦ δὲ πυνθανομένου τὸ χρήσιμον αὐτῶν "τὸ μὲν ἧπαρ" φησί "καὶ ἡ καρδία θυμιώμενα διώκει δαίμονας, ἡ δὲ χολὴ καθαρίζει λευκώματα." εἶτα ὁ μὲν παῖς λαμβάνει τὴν ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ προλεχθεῖσαν κόρην εἰς γυναῖκα, τῇ συμβουλίᾳ καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἀγγέλου διωχθέντος τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐν τῷ θυμιάματι τούτῳ. καὶ ὑποστρέφει μετὰ τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα Τωβήτ· οὗ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ παῖς τῇ χολῇ τοῦ ἰχθύος ἐπιχρίσας, καὶ παρευθὺ Τωβὴτ ἀναβλέψαντος ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ ἄγγελος, ὅτι οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλὰ παρὰ θεοῦ ἀπεστάλη πρὸς βοήθειαν αὐτοῖς τε καὶ τῇ κόρῃ Σάρρᾳ διὰ τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν, λέγων πρὸς αὐ-

daemon priusquam rem cum sponsa haberent necasset, deum precibus interpellabat; isque ei auxilio misit angelum Raphaelum. enimvero Tobias filium suum hortatus ne aliunde quam ex sua stirpe et genere suo uxorem duceret, sicuti lex mandabat, eum ad repetenda quam primum decem talenta, quae ipse quondam in Media deposuerat, cum syngrapha mittit. filius itineris comitem ac ducem quaerens, quod viam ignoraret, divinae providentiae ductu in Raphaelum incidit sub viri specie in foro stantem; cuius Azariam se nominantis et viae se gnarum profitentis opera conducta, iter eo comitatus ingreditur. cum ad Tigrin fluvium pervenissent, puer lavandi causa aquam ingressus est, atque ingens ibi piscis eum invasit. eum iussus est ab angelo capere, et dissecto ventre iecur cor et fel eximere ac servare. angelus ad quid ea prodessent interrogatus, iocinoris et cordis suffitu daemones abigi respondit, felle albugines tolli. proinde eam de qua dictum est puellam, consanguineam suam, Tobiae F. uxorem duxit, angeli consilio et auxilio, malo daemone vi eius suffitus fugato; reversusque cum comite suo et uxore ad patrem oculos eius felle inungit; quo facto senex visum illico recepit. tum angelus se quis esset aperit, non hominem se esse, sed a deo missum docens opitulatum ipsis et puellae Sarae, idque propter ipsorum pietatem.

τοὺς ʻμυστήριον βασιλέως κρύπτειν καλόν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ κυρίου D ἀνυμνεῖν ἐνδόξως.'

Ἐπὶ τούτου καὶ ἄνθρωπός τις ἐγνωρίζετο ἐν τῷ Ἰσραὴλ πλούσιος καὶ ἀνελεήμων, ὃς ἐλθὼν πρός τινα τῶν διδασκάλων καὶ ἀναπτύξας τὴν σοφίαν Σολομῶντος εὗρεν εὐθὺς "ὁ ἐλεῶν πτωχὸν δανείζει θεῷ." καὶ εἰς ἑαυτὸν γενόμενος καὶ κατανυγεὶς ἀπελθὼν πέπρακε πάντα καὶ διένειμε πτωχοῖς, μηδὲν ἑαυτῷ καταλείψας πλὴν νομισμάτων δύο. καὶ πτωχεύσας πάνυ καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἐκ θείας δοκιμασίας ἐλεούμενος ὕστερον ἐν ἑαυτῷ λέγει μικροψυχήσας "ἀπελεύσομαι ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ διακρινοῦμαι τῷ θεῷ μου P 110 ὅτι ἐπλάνησέ με διασκορπίσαι τὰ ὑπάρχοντά μου.' πορευομένου δὲ αὐτοῦ, εἶδεν ἄνδρας δύο μαχομένους πρὸς ἀλλήλους, εὑρόντας λίθον τίμιον. καὶ φησὶ πρὸς αὐτούς "ἵνα τί, ἀδελφοί, μάχεσθε; δότε μοι αὐτόν, καὶ λάβετε νομίσματα δύο." τῶν δὲ μετὰ χαρᾶς τοῦτον παρασχόντων (οὐ γὰρ ᾔδεσαν τοῦ λίθου τὸ ὑπερτίμιον) ἀπῆλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ, τὸν λίθον ἐπιφερόμενος. καὶ δείξας αὐτὸν χρυσοχόῳ, παραχρῆμα τὸν λίθον ἐκεῖνος ἰδὼν ἀναστὰς προσεκύνησε, καὶ ἔκθαμβος γενόμενος ἐπυνθάνετο, "ποῦ τὸν πολύτιμον" λέγων "καὶ θεῖον λίθον τοῦτον εὗρες; ἰδοὺ γὰρ ἔτη τρία σήμερον Ἱερουσαλὴμ δονεῖται καὶ ἀκαταστατεῖ διὰ τὸν περιβόητον λίθον τοῦτον. καὶ ἀπελθὼν δὸς αὐτὸν τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ B σφόδρα πλουτήσεις." τοῦ δὲ ἀπερχομένου ἄγγελος κυρίου εἶπε πρὸς τὸν ἀρχιερέα "νῦν ἐλεύσεται ἄνθρωπος πρός σε, τὸν ἀπολε-

id quoque ipsis dixit, regis arcanum recte tegi, sed facta dei praedicare honorificum esse.

Eodem tempore vir quidam in populo Israelico celebrabatur, dives et inhumanus. is cum quendam doctorem convenisset, librumque sapientiae Solomonis aperuisset, primo obtutu in haec verba incidit "qui miseratur pauperem, is deo foeneratur." itaque in se descendens et compunctus animum, digressus omnia sua vendidit, ac pretium inter egenos distribuit, nihil sibi praeter duos nummos reservans. ita ad summam redactus paupertatem, cum (deo ita ordinante, uti eum probaret) nemo ipsius misereretur, tandem animo fracto secum statuit ire Hierosolyma, et cum deo suo disceptare, qui se ad bona sua dissipanda per fallaciam induxisset. in eo itinere videt viros duos depugnantes, qui lapidem pretiosum invenerant. eos ita affatur: "quid, fratres, pugnatis? date mihi lapidem, ac vos pro eo duos nummos accipite." quod illi, quos ingens lapidis pretium latebat, perlibenter fecere. venit ergo iste Hierosolyma, lapidem secum gestans, eumque aurifici monstrat. qui simulatque lapidem conspexit, adoravit, stupensque sciscitatus est ubinam pretiosissimum hunc et divinum lapidem invenisset, propter quem totum iam triennium urbs perturbata atque solicita sit. simul eum ad summum pontificem adferre iussit, maximas ab eo divitias reportaturum. dum iret, angelus dei pontificem sic monuit "veniet nunc ad te homo, nobi-

σθέντα πολυθρύλητον λίθον ἐκ τῆς διπλαΐδος Ἀαρὼν τοῦ ἀρχιερέως ἔχων. λαβὼν αὐτὸν δὸς τῷ ἐνέγκαντι αὐτὸν χρυσίον πολὺ καὶ ἀργύριον. ἅμα δὲ καὶ ῥαπίσας μετρίως εἰπέ, μὴ δίσταζε ἐν τῇ καρδίᾳ σου, μηδὲ ἀπίστει τῷ διὰ τῆς γραφῆς λέγοντι 'ὁ ἐλεῶν πτωχὸν δανείζει θεῷ.' ἰδοὺ γάρ, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἐξεπλήρωσά σοι πολλαπλασίονα ὑπὲρ ὧν ἐδάνεισάς μοι. καὶ εἰ πιστεύεις, λήψῃ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι πλοῦτον ἀνυπέρβλητον." καὶ ὁ μὲν ἀρχιερεὺς
C τὰ διατεταγμένα πάντα πεποίηκε πρὸς τὸν ἄνθρωπον καὶ λελάληκεν· ὁ δὲ ἀκούσας καὶ ἔντρομος γενόμενος, πάντα ἐάσας ἐν τῷ ναῷ ἐξῆλθεν, εὐχαριστῶν καὶ πιστεύων κυρίῳ καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ διηγορευμένα.

Μετὰ Ἐζεκίαν ἐβασίλευσε Μανασσῆς υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπέθανε βασιλεύσας ἔτη νέ· ὃς παρανομώτατος ὑπὲρ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν βασιλεῖς ὑπάρχων ἐπὶ εἰδωλομανίᾳ τε καὶ αἱματεκχυσίᾳ, καὶ τὸν μέγαν Ἠσαΐαν πρίσας ξυλίνῳ πριόνι καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ αἱμάτων ἀδίκων πληρώσας, οὐχ ἧττον εἰδωλολάτρησε τῶν Ἀμορραίων. καὶ τὸν οἶκον κυρίου καταμολύνας, καὶ τετραπρόσωπον εἴδωλον τοῦ Διὸς ἐν αὐτῷ στή-
D σας, οὐ διέλιπεν οἰωνιζόμενος καὶ φαρμακεύων καὶ αἰσχρουργῶν. διὸ καὶ κατὰ θείαν ὀργὴν δέσμιος εἰς Νινευὶ ἀπήχθη ὑπὸ Μαροδὲχ βασιλέως· καὶ χαλκοῖς δεσμοῖς ὑποβληθείς, δι' εἰλικρινοῦς μετανοίας δεηθεὶς τοῦ θεοῦ, τὸν βασιλέα ἠγάθυνε, καὶ εἰς Ἱερουσαλὴμ αὐτὸν ἐξέπεμψεν. ὃς ἐπανελθὼν πᾶσαν μὲν κατέστρεψεν

lem lapidem ex diploide Aaronis pontificali, qui amissus fuerat, reportans. recipe hunc, et ferenti multum auri atque argenti da. simul et alapa mediocri inflicta, iube porro non esse animi dubium, neque diffidere deo in sacris literis dicenti eum qui pauperem miseratur, deo foenerari. me enim et in hac vita implesse hoc, redditis illi longe pluribus quam ipse mihi mutuatus fuit; et si fidem habeat, in altera vita adepturum insuperabiles divitias. omnia, ut iussus fuerat, egit pontifex. ille vero haec audiens tremebundus omnibus in templo relictis discessit, agens gratias deo, eique et omnibus quae in scriptura dicuntur fidem adhibens.

Ezechiae successit Manasses filius, qui se impie adversus deum gessit, regnoque annos 55 functus obiit. is impietate omnes superiores reges superavit, simulacrorum cultu et homicidiis. is et magnum illum Esaiam serra lignea dissecuit, et Hierosolyma cruore iniuste fuso inundavit, et colendis simulacris nihil Amorraeis concessit. aedem dei incestavit, constituens in ea quadrifrontem Iovis imaginem; neque ullam haruspices consulendi, veneficia tractandi ac obscoena agendi intercapedinem fecit. itaque irato deo Ninivem captivus abductus est a rege Merodacho: ubi in aereis habitus vinculis, sincera resipiscentia correctus deum oravit. cuius voluntate rex Merodachus mitigatus Manassem Hierosolymam remisit. hic reversus omnia simulacrorum domicilia evertit, ae-

εἰδωλικὴν σκηνήν, τὸ δὲ ἱερὸν τοῦ θεοῦ ἥγνισε καὶ τὸν νόμον ἐφύλαξε καὶ εὐσεβῶς ἐβίωσεν εὐχαριστῶν τῷ θεῷ ἄχρι τελευταίας ἀναπνοῆς αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ Μανασσῆν ἐβασίλευσεν Ἀμὼς υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δύο. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Μίδας ὁ Φρυγίας βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, P 111 *ὅντινα ἔλεγον ὦτα ἔχειν ὄνου.*

Ἰωσίας τὸν πατέρα Ἀμὼς διαδεξάμενος ὀκταετὴς ἀντιλαμβάνεται τῆς ἀρχῆς, βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα ἕν. καὶ ἐτελεύτησε τοξευθεὶς ἐν πολέμῳ. ὁ γὰρ Νεχευὼ βασιλεύσας Αἰγύπτου κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ἐστράτευσεν, ἐπικουρῆσαι δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις οὗτος ἐσπούδαζεν. ὅθεν φησὶν Ἔσδρας "καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου πρὸς Ἰωσίαν· τί ἐμοὶ καὶ σοί, βασιλεῦ τῆς Ἰουδαίας; οὐχὶ πρὸς σὲ ἐξαπέσταλμαι παρὰ κυρίου θεοῦ ποιῆσαι πόλεμον, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Εὐφράτου. καὶ νῦν κύριος μετ' ἐμοῦ ἐστίν. ἀπόστηθι, καὶ μὴ ἐναντιούτω τῷ κυρίῳ." καὶ οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπ' αὐτοῦ Ἰωσίας, ἀλλὰ συνεστήσατο πρὸς αὐτὸν πόλεμον ἐν τῷ πε- B *δίῳ παρὰ γνώμην θεοῦ. καὶ τοξευθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ "ἐξαγάγετέ με, ὅτι σφόδρα ὀδυνῶμαι." καὶ εὐθέως ἀποστρέψαντος αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν βίον μεταλλάξαντος ἐγένετο πένθος μέγα κατὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μᾶλλον Ἱερεμίας ἐθρήνησε ὑπὲρ Ἰωσίου. ἐν τῷ ιη' τούτου ἔτει εὑρὼν ὁ ἱερεὺς Χελκίας ἐν τῷ ἱερῷ βιβλίον (ὃς ἦν πατὴρ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου) προσκομίζει τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ εὐλαβὴς ὢν καὶ δικαιότατος ὑπὲρ τοὺς ἔμπροσθεν αὐτοῦ βασιλεῖς οὐκ ἠθέλησεν*

dem dei expiavit, legis iussa exsecutus est, piamque et deo acceptam vitam usque ad extremum spiritum perduxit.

Manassae Amosus filius successit ac biennium regnavit. eo tempore Midas Phrygiae rex moritur, quem aures asininas habuisse perhibitum est.

Iosias post patrem Amosum regnum tenuit annos 31, cum id octo annos natus occepisset: in bello sagitta ictus periit. nam rex Aegypti Necheuo Assyriis bellum cum fecisset, his Iosias auxilium ferre studuit. inde, ut Esdras memorat, rex Aegypti Iosiam ita est affatus "quid mihi tecum rei est, o rex Iudaeae? non contra te missus sum a deo, sed Euphrataeos bello petiturus. et sane mihi deus adest: tu itaque desiste, neque illi reluctare." sed Iosias eum missum non fecit, verum in campo aciem contra eum instruxit adversus dei sententiam. ergo ab hostibus sagitta percussus ministris iussit ut se gravi dolore affectum praelio educerent; statimque Hierosolyma reversus mortem obiit. magnum eius mors luctum per Iudaeam totam excitavit, eumque maxime Ieremias lamentatus est. anno Iosiae supra decimum octavum Chelcias sacerdos, qui vatis Ieremiae fuit pater, in templo librum invenit, eumque ad regem attulit. rex, qui pietate et iustitia priores reges longe antecederet,

ἀναγνῶναι αὐτό. ἀνέγνω τοίνυν αὐτὸ ὁ ἱερεύς, καὶ ἔκλαυσε πᾶς
C ὁ λαός. ὁ δὲ ἱερεὺς ἅμα τῷ τοῦτο ἀναγνῶναι διαπεφώνηκεν. ὁ δὲ βασιλεὺς λίαν ἀθυμήσας, εἰδὼς ἐν τοσούτοις ἔτεσι καταπατούμενον τὸν νόμον κυρίου, τὰ ἱμάτια διαρρήξας καὶ ἔμφοβος γενόμενος ἀπέστειλε πρὸς Ὀλδὰν τὴν προφῆτιν, πυνθανόμενος τί βούλεται κύριος περὶ αὐτοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ. ἡ δέ φησί "τάδε λέγει κύριος· ἀνθ' ὧν ἡπαλύνθη σου ἡ καρδία καὶ ἐνετράπης ἀπὸ προσώπου μου, ὡς ἤκουσας ὅτι ἐλάλησα ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτόν, τοῦ εἶναι εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς κατάραν, καὶ διέρρηξας τὰ ἱμάτιά σου καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου, ἰδοὺ προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ὄψει πᾶσι
D τοῖς κακοῖς οἷς ἐπάξω ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτόν, τοῦ εἶναι εἰς ἀφανισμόν." ὅθεν ζήλῳ θείῳ κινούμενος οὐ μόνον τὰ πανταχοῦ εἴδωλά τε καὶ σεβάσματα κατέστρεψεν ἐκ βάθρων, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰδωλολάτρας τοὺς μὲν ἔτι ζῶντας ὠλόθρευσε, τοὺς δὲ ἤδη τεθνηκότας ἐν τοῖς τάφοις κατέκαυσε. καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ εἶπε 'τί τὸ σκόπελον ἐκεῖνο, ὃ ἐγὼ βλέπω;" καὶ φασὶν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως "ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἐστίν, ὁ προφητεύσας τοὺς λόγους τούτους ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον Βεθήλ." καὶ εἶπεν "ἄφετε αὐτόν· μηδεὶς κινήσῃ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ." καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας καὶ πᾶν βδέλυγμα καὶ
P 112 προσόχθισμα ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐξῆρε· καὶ ἐπέστρεψε πρὸς κύριον ἐν ὅλῃ καρδίᾳ καὶ ἰσχύϊ καὶ ἐν ὅλῃ ψυχῇ αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον

noluit ipse legere. sacerdos itaque recitavit, flevitque universus populus. sacerdos, ut primum legendi finis factus est, clamorem sustulit. rex autem ingenti dolore perculsus, quod deprehenderet tot annos legem dei conculcatam fuisse, vestes suas laceravit; graviterque metuens misit qui Oldam mulierem fatidicam consulerent, quidnam a rege ac toto populo deus requireret. ea respondit sic fari deum: "quandoquidem cor tuum emollitum est, esque me reveritus, cum audires me pronuntiare hunc locum et eius incolas pessundatum atque exsecrationi obnoxium iri, ac quando propterea scissis vestibus coram me lacrimas fudisti, ideo en ego te in pace mori sinam, ne conspicias calamitates quas ego huic loco et eius habitatoribus infligam, uti eos aboleam." inde Iosias divino fervore animi instinctus non modo quae ubicunque locorum exstabant simulacra et superstitiosi cultus instrumenta funditus excidit, sed et cultores eorum alios vivos perdidit, alios mortuos in bustis cremavit. cumque tumulum conspexisset sub quo vir dei iacebat, quaesivit quisnam esset ille scopulus. oppidanis respondentibus cippum esse divini istius hominis qui de Bethelico altari esset vaticinatus, relinqui eum et ossa eius non moveri iussit. idem ariolos, falsos vates, atque quicquid flagitiosum et abominandum erat Hierosolymis, exstirpavit: seque ad dominum toto corde ac pectore convertit, omnibus viribus annixus ad Mo-

Μωϋσέως. διὸ δὴ καὶ τὸ πάσχα τοιοῦτον ἐποίησεν οἷον οὐ γέγονεν ἀπὸ χρόνων Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καὶ Σαμουήλ· ἐν ᾧ βόας μὲν ἔθυσε χιλιάδας ιβ΄, πρόβατα χιλιάδας λη΄. καὶ κατωρθώθη, φησί, τὰ ἔργα Ἰωσίου ἐναντίον κυρίου, ἐν καρδίᾳ πλήρει εὐσεβείας· καὶ γὰρ ὅμοιος αὐτῷ οὐκ ἐγεννήθη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀνέστη ὅμοιος αὐτοῦ. πλὴν οὐκ ἀπεστράφη κύριος ἀπὸ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, οὗ ἐθυμώθη ἐν τῷ Ἰούδᾳ, ἐπὶ τοὺς παροργισμοὺς οὓς παρώργισεν αὐτὸν Μανασσῆς. ἐφ' ὧν χρόνων καὶ τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως τῆς Θρᾴκης ἐκτίσθη, ὡς δέ τινες, ὑπὸ Με- B
γαρέων. ἐφ' ὧν καὶ Σίβυλλα ἡ Σαμωναία ἐγνωρίζετο.

Μετὰ δὲ Ἰωσίαν ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ υἱὸς αὐτοῦ, ὃς ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Νεχαὼβ βασιλέως Αἰγύπτου ἀπήχθη εἰς Αἴγυπτον, ἐν ᾗ καὶ ἀπέθανε, βασιλεύσας μῆνας τρεῖς. ἐφ' οὗ οἱ Ἰσραηλῖται, καθώς φησιν Ἰώσηπος, ἐκ τοῦ κρατῆσαι τὴν τοῦ Ἰούδα φυλὴν καὶ κατοικῆσαι τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ, οὗτοι μὲν ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι, ἡ δὲ πόλις ἡ καὶ Σιὼν Ἰουδαία, ἥτις πάλαι μὲν Ἰεβοὺς ἐλέγετο διὰ τὸ τὸν Ἰεβουσσαῖον κατοικῆσαι τὸν τόπον ἐκεῖνον. Δαβὶδ δὲ Ἱερουσαλὴμ προσηγόρευσεν, ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τεχνησάμενος τὸ ὄνομα· ἐν ὄρει C
γάρ ἐστιν ὑψηλοτάτῳ κατῳκοδομημένη, ἐν ᾧ κύριος ὤφθη τῷ Δαβὶδ ἐν ἅλωνι Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεβουσσαίου, ἐν τῇ θραύσει τοῦ λαοῦ διὰ τὴν ἄλογον ἐπαρίθμησιν. καὶ τὸ μὲν ὄρος Ἑβραΐδι φωνῇ λέγεται Ἄρ, ἡ δὲ πόλις Σαλήμ. ὁ οὖν Δαβὶδ νέον τόπον εἰς βα-

15 περικρατῆσαι margo P

saicae legis observationem. ideo etiam Pascha tale celebravit quale post Iesuam et Samuelum actum nullum fuit. mactavit enim boum milia 12, ovium milia 38. testatur scriptura probata fuisse deo Iosiae officia, a corde pietatis pleno profecta: nam similis eius neque ante neque post ipsum exstitit. neque tamen iram in Iudaeos conceptam deus deposuit, memor quibus modis ipsum Manasses irritasset. eo tempore etiam Byzantium a Byzo Thraciae rege conditum est: alii Megarenses eius urbis auctores faciunt. tunc et Sibylla Samonaea innotuit.

ria instituit, quae a gravitate vitam ibi degentium Semneia tunc appellabantur, quemadmodum Eusebius Pamphili scribit: primum Marcum scimus in Aegypto evangelium composuisse, primumque ecclesiam apud ipsam Alexandream instituisse. tanta autem primo eo aggressu multitudo virorum mulierumque fidem evangelio adhibens exercitationi virtutum vehementissimae et quam maxime philosophicae sese dedit, ut eorum consuetudines conventus ceteramque optimae vitae rationem describere dignatus sit Philo doctissimus vir, qui Romae Petrum apostolum vidit, audivit, cumque eo est collocutus. is enim nostrorum, quos ab exercitatione bonorum operum ascetas vocabant, probans vitam, mirum in modum laudibus tollit ac magnifice praedicat apostolicos suae aetatis viros, ab Ebraeis, ut videtur, oriundos, ac Essaeorum moribus et disciplina praeclare prius institutos. Essaeorum secta scribarum et Pharisaeorum iustitiam magno post se reliquit intervallo. ii a Ionadabo Richabi filio genus ducentes, praestantissimam longe nihil possidendi rationem, iustitiam, temperantiam atque duriter agendae vitae institutum intenderunt, sicut et Iosephus de iis scribit. Essaei natione Iudaei sunt. ii amore mutuo et religione aliis antecellunt, voluptatem tanquam flagitium aversantur, temperantiam continentiam et affectuum vacuitatem virtutis loco sectantur. matrimonia ipsi negligunt, alienos autem liberos tenera ad-

προσλαμβανόμενοι καὶ διδάσκοντες ὡς συγγενεῖς ἡγοῦνται καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσι. καὶ τὸν μὲν ἔννομον καὶ σώφρονα γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν ἀποδέχονται, τὰς δὲ πονηρὰς καὶ θεοστυγεῖς μίξεις καὶ ἀσελγείας τέλεον ἀποστρέφονται καὶ ἀποβάλλονται. καταφρονεῖται δὲ παρ' αὐτοῖς πλοῦτος καὶ πολυκτησία, τὴν δὲ ἀκτημοσύνην ὡς ἀπερίσπαστον καὶ ἐνάρετον ἀσπάζονται. καὶ πρὶν μὲν ἀνίσχειν τὸν ἥλιον οὐδὲν ἀργὸν φθέγγονται, προσευχὰς δὲ καὶ ψαλμῳδίας ἐκ μέσης νυκτὸς μέχρις αὐγῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀναφέρουσι μετ' εὐλαβείας καὶ σεμνότητος. καὶ οὕτω P 199
πρὸς ἣν ἕκαστος ἔχει τέχνην, ὑπὸ τοῦ προεστῶτος ἀποστέλλεται. καὶ μέχρις ὥρας ἕκτης μετὰ νήψεως καὶ θεολογίας, οὕτως ἐπὶ τὸ δειπνητήριον συναθροίζονται μετ' εὐλαβείας καὶ ἡσυχίας πολλῆς. καὶ ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος πάντοτε προσάγει. καὶ προκατεύχεται δὲ τῆς τροφῆς ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς ὁ ἱερεύς· ἀθέμιτον γὰρ πρὸ τῆς εὐχῆς ἡγοῦνται γεύσασθαί τι. καὶ πάλιν ἀριστησάντων ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. καὶ ἁπλῶς ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν θεὸν ἀδιαλείπτως. καὶ αὖθις ἐπ' ἔργα μέχρις ἑσπέρας διακαρτερήσαντες, καὶ δειπνήσαντες μετὰ τῆς συνήθους B
σιωπῆς καὶ σεμνοπρεποῦς καταστάσεως, ἐπ' εὐχὰς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κουφοτάτους ἐκτιναξάμενοι. οὗπερ ἐστὶν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις καὶ τὸ με-

11 πέμπτης Iosephus. margo P

hac aetate suscipientes docent ac pro suis habent, suisque eos moribus formant. legitimas castasque nuptias et successionem iis propagatam probant, vitiosos autem et deo invisos concubitus ac lasciviam summopere abominantur. divitias et opulentiam contemnunt: nihil possidere gaudent, quod id praestet ut vita a studio virtutis nequaquam abstrahatur aut impediatur. nullum profanum verbum ante solis ortum edunt: preces autem et psalmorum cantum a media nocte ad lucem usque deo religiose ac cum gravitate offerunt. eo facto quisque ad suum munus a praeside dimittitur. id cum quisque pro se ieiunus atque inter divinarum rerum considerationem obiit, hora sexta ad prandium in commune conveniunt magna cum modestia atque silentio. ibi pistor panes ordine singulis proponit, ac coquus vasculum de unico cibi genere singulis affert. ante autem quam cibum, purum eum et castum, capiant, sacerdos preces fundit: nam nefas putant gustare aliquid deo non ante invocato. idem precandi mos est prandio finito; omninoque et principium et finem suarum actionum habent dei assiduam venerationem. finito prandio ad opera sua digressi ea usque ad vesperam tolerant; coenaque consueto silentio et modestia refecti rursum ad preces conveniunt, brevissimo et levissimo somno excusso. cuius rei causa est continuum ieiunium, et

τρεῖσθαι παρ᾽ αὐτοῖς τροφὴν καὶ πόσιν λιτὴν καὶ ἀπερίεργον καὶ
σπανίζουσαν· οὐδεὶς γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς κόρος καὶ χορτασία κοιλίας,
ἀλλ᾽ ἔνδεια πολλὴ καὶ ὀλιγοδεΐα. τὸν δὲ προσερχόμενον ζηλῶσαι
τὸν βίον οὐκ εὐθὺς ἀδοκιμάστως καὶ ἀγυμνάστως παραδέχονται,
ἀλλ᾽ ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν καὶ κατά-
C στασιν, ἀξινάριόν τε καὶ περίζωμα δόντες καὶ πενιχρὸν ἱμάτιον
γυμνάζουσιν ἐπ᾽ ἔργοις ἀρίστοις καὶ λόγοις. εἶτα μετὰ τὴν τῆς
καρτερίας ἐπίδειξιν δυσὶν ἄλλοις ἔτεσιν τὸ ἦθος καὶ τὸ ἐν πᾶσιν
ὑπήκοον δοκιμάζεται, καὶ φανεὶς ἄξιος καὶ δόκιμος οὕτως εἰς τὸν
ἱερὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρό γε οὖν πάντων ὅρκους φρικώδεις
ἀπαιτοῦσι, πρῶτον μὲν εὐσεβεῖν καὶ θεραπεύειν ἐξ ὅλης καὶ κα-
θαρᾶς ψυχῆς καὶ σώματος τὸ θεῖον, ἔπειτα δὲ πρὸς ἀνθρώπους
δίκαια φυλάττειν ἅπαντα καὶ ἀπροσωπόληπτα, καὶ μὴ κατὰ γνώ-
μην βλάψαι τινά, μήγε μὴν συγκοινωνεῖν ἀδίκοις, ἀλλὰ κατὰ
δύναμιν τοῦ δικαίου καὶ φροντίζειν καὶ βιάζεσθαι πάντως καὶ τὸν
D ἐνήδονον καὶ περιττὸν καὶ ὑγρὸν ἀποστρέφεσθαι βίον μέχρι θανά-
του. πρὸς δὲ τούτοις ὀμνύουσι πάλιν μηδενὶ μὲν τὸ παράπαν
μεταδοῦναι τῶν δογμάτων καὶ τῶν ἁγιοπρεπῶν τούτων ἐπιτηδευ-
μάτων ἢ ὡς ἀκριβῶς αὐτὸς παρέλαβεν, ἀφέξεσθαι δὲ πάσης ἐναν-
τίας δόξης καὶ λατρείας, καὶ ταύτῃ μόνῃ προσανέχειν τῇ θείᾳ
μέχρις αἵματος θρησκείᾳ καὶ καταστάσει. ἐκ τῆς πολλῆς δὲ ἀσκή-
σεως καὶ καθαρότητος πολλοὶ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν ἐκ

quod eis certa mensura datur cibus potusque exilis et vulgaris ac parcus: neque enim apud eos ulla est satietas aut ventris repletio, sed magnus defectus, et paucissima requirere didicerunt. si quis ad eos se conferat eandem vitae rationem sectandi causa, is non statim exploratione aut exercitatione nulla praemissa admittitur, sed per annum foris iubetur eodem victu iisdemque moribus uti. securis ei datur et subligaculum ac tunicula misera: itaque operibus et dictis optimis exercetur. postquam tolerantiam suam probavit, alio biennio de moribus eius et obedientia omnibus in rebus fit periculum. ita tandem dignus atque idoneus iudicatus in sacrum coetum recipitur. ante omnia terribili iureiurando obligare se cogitur primo ad pietatem observandam deumque pura mente et corpore colendum, deinde ad iuste cum omnibus hominibus ac sine personae ullius respectu agendum, quod neque laesurus quemquam dedita opera neque iniustis se socium praebiturus sit, quod pro virili et culturus et defensurus sit iustitiam, voluptatibus, rebus non necessariis ac mollitiei deditam vitam ad mortem usque declinaturus. rursus praeter haec iurant nemini se quidquam omnino sacrae istius doctrinae ac venerabilium studiorum secus traditurum quam ipsi acceperint, omnem diversam opinionem ac religionem vitaturos, huic divinae religioni unice usque ad sanguinem se pie ac reverenter operam navaturos. consequuntur hoc multi ipsorum perpetua exercitatione atque puritate ut divino nutu atque gratia etiam futura praevideant, dum ingi

θείας ἐπιπνοίας καὶ χάριτος, ἀκαταπαύστῳ μελέτῃ προφητῶν καὶ λοιπῶν ἱερῶν λογίων καὶ προσευχῇ ἐμπαιδοτριβούμενοι.

Ταύτην οὖν ὁ Ἰώσηπος ἄκρως ἀσκήσας τὴν φιλοσοφίαν ἐπὶ P 200 μείζονι προκόπτειν ἔσπευσεν. ἀκούσας γάρ τινα διαφερόντως ἀσκοῦντα κατὰ τὴν ἔρημον Ἀββᾶν ὀνομαζόμενον, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων καλυπτόμενον τροφῇ δὲ αὐτομάτως φυομένῃ χρώμενον, καὶ τὴν ἄκραν ἄσκησιν αὐτοῦ ζηλώσας πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο, καὶ τρεῖς παρ' αὐτῷ ποιήσας ἐνιαυτοὺς εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεψε καὶ τῇ τῶν Φαρισαίων ἐπολιτεύετο δικαιοσύνῃ.

Ὁ δέ γε Φίλων, ὡς εἴρηται, περὶ τῶν ἐξ Ἑβραίων ἡμετέρων ἀσκητῶν ἀναφανέντων μέμνηται σαφῶς ἐν τῷ λόγῳ ἐν ᾧ ἐπέγραψε περὶ θεωρητικοῦ βίου. οὓς θεραπευτὰς καὶ τὰς ὁμοιοσχήμους καὶ ὁμοτρόπους γυναῖκας θεραπευτίδας ὠνόμασε. καὶ θερα- B πευταὶ μέν, φησίν, ἐκέκληντο ἢ παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς ἀπὸ κακίας παθῶν ἰατρῶν δίκην ἀπαλλάττοντας θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ τὸ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς θεραπείας καὶ θρησκείας ἕνεκα. εἶτα φησί· πρῶτα μὲν ἀρχόμενοι φιλοσοφεῖν ἐξίστανται τῶν προσηκόντων καὶ τῶν ὑπαρχόντων, ἔπειτα δὲ πάσαις ἀποταξάμενοι ταῖς τοῦ βίου φροντίσι καὶ ἔξω τειχῶν προελθόντες ἐν μονάγροις καὶ κήποις καὶ ὄρεσι τὰς διατριβὰς ποιοῦνται, τὰς ἐκ τῶν ἀνομιῶν ἐπιμιξίας ἀλυσιτελεῖς τε καὶ βλαβερὰς εἰδότες, τὸν προφητικὸν ζηλοῦσι καὶ ἀσκοῦσι βίον. οὕτω

14 περὶ τὸ ψυχὰς P

studio vatum oracula et reliquum sacrarum literarum lectitantes precibusque incumbentes ita erudiuntur.

In hoc studio cum Iosephus ad summam perfectionem provectus maiores adhuc facere progressus cuperet, audito quendam in solitudine vitam degere, Abbam nomine, cui sub arboribus latibula, vestis, cibus quem terra ultro educeret, ductus aemulatione eius tam absolutae exercitationis ad ipsum se contulit, trienniumque cum homine versatus in urbem rediit, Pharisaeorumque iustam vitam coluit.

Ceterum Philo de Ebraicis nostris ascetis perspicuam facit mentionem in libro quem de vita contemplationi dedita inscripsit. mares therapeutas, feminas habitu et moribus utentes iisdem therapeutidas nominat; idque nominis eis ait inditum vel quod animas eorum qui se ad ipsos conferunt, a vitiis medicorum instar sanant, quod Graece est therapeuein; vel quod deo pure atque sincere colendo serviunt: nam servire etiam seu famulum esse Graecum vocabulum significat. addit deinde Philo: hi ergo cum primum se ad sapientiae studium applicant, bona sua atque possessiones resignant; deinde omnibus vitae curis valere iussis, urbes egressi, in solitariis villis hortis aut montibus vitam degunt. quippe consuetudinem peccantium damnosam scientes vatum priscorum aemulantur atque imitantur vitam. hoc genus hominum est

C πολλαχοῦ μὲν τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τὸ γένος (ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου μετασχεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον), ἐν Αἰγύπτῳ δὲ πλεονάζει, καὶ μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. καὶ ἐν ἑκάστῃ συμμορίᾳ οἴκημά ἐστιν ἱερόν, ὃ καλοῦσι σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδεὶς μηδὲν κομίζοντες, μὴ ποτόν, μὴ σῖτον, μηδέ τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους καὶ τἆλλα οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται καὶ τελειοῦνται. τὸ δὲ ἐξ ἑωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας διάστημα σύμπαν αὐτοῖς ἐστὶν ἄσκησις· ἐντυγχάνοντες
D γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι φιλοσοφοῦσι τὴν πατρίαν φιλοσοφίαν. ἐγκράτειαν δὲ ὥσπερ τινὰ θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι τῇ ψυχῇ τὰς ἄλλας ἐποικοδομοῦσιν ἀρετάς· σιτίον γὰρ ἢ ποτὸν οὐδεὶς αὐτῶν προσενέγκοιτο πρὸ ἡλίου δύσεως, ἐπειδήπερ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν ἄξιον φωτὸς κρίνουσι, σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας. ἔνιοι δὲ καὶ δι' ἡμερῶν τριῶν ὑπομιμνήσκονται τροφῆς, οἷς πλέον ὁ πόθος τῆς ἐπιστήμης ἐνίδρυται. τινὲς δὲ οὕτως ἐνευφραίνονται καὶ τρυφῶσιν ὑπὸ σοφίας ἑστιώμενοι πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης, ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν,
P 201 μόγις δι' ἡμερῶν ἓξ ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἐθισθέντες. αἱ δὲ ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν λογίων γίνονται αὐτοῖς δι' ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις. πᾶσα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ζώῳ ἐοικέναι, καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς διαλέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν

in diversis mundi partibus: bonum enim perfectum oportebat et ad Graecos pervenire et ad barbaros. in Aegypto autem magna est eius copia, maxime apud Alexandriam; et in quavis classe domus est sacra, quod semneum dicitur, et monasterium, quod in ea ab hominum turba seclusi venerabilis vitae mysteriis initiantur, nihil quisquam afferentes, non potum, non cibum, non quidquam aliud eorum quae ad usus corporis sunt necessaria: sed leges et oracula vatum, hymnos, atque alia quibus dei cognitio et cultus augentur atque perficiuntur. quicquid est ab aurora ad vesperam usque temporis, id omne iis exercitationibus impenditur. sacras enim literas legentes philosophiam paternam exercent. continentiam tanquam fundamentum in animo suo locant, superque eam reliquas exstruunt virtutes. nemo eorum cibum potumve gustat ante solis occasum. etenim philosophari dignum luce putant, tenebras corporis necessitatibus congruere. quidam scientiae ardentiori desiderio alimenta tertio tantum quoque die admittunt. alii tantum laetitiae ac voluptatis studio sapientiae immorando percipiunt, abunde doctrinae suppeditantis, ut eo veluti convivio detenti aegre sexto demum die cibum sumere adsueverint. ceterum divinorum oraculorum expositio per allegorias, quas vocant, ab iis fit, cum tectus verborum sensus elicitur. tota enim lex sacra iis hominibus videtur animali similis, cuius corpus verba referant, animam autem, qui abditus sub iis conspectum fugit

ἀποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν. ὡσαύτως δὲ τῆς αὐτῆς εἰσὶν ἱερᾶς πολιτείας καὶ καταστάσεως καὶ γυναῖκες, ὧν αἱ πλεῖσται γηραλέαι τυγχάνουσι καὶ παρθένοι, καὶ τὴν ἁγνείαν οὐκ ἀνάγκῃ, καθάπερ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν, φυλάξασαι διὰ πρόσκαιρον ἔπαινον, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἀγαθῆς ὀρεχθεῖσαι τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ καὶ αἰώνια.

Ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας B τά τε ἀρχῆθεν πρὸς τῶν ἀποστόλων παραδεδομένα ἔθη καταλαβὼν ὁ Φίλων ἔγραψε ταῦτα, παντί που δῆλον, ὡς καὶ Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ταῦτα λέγει. ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον ταῦτά φησιν. ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιός φησι· δύο γὰρ ὁδῶν καὶ πολιτειῶν οὐσῶν ἐν τῷ βίῳ, μιᾶς μὲν μετριωτέρας καὶ βιωτικῆς, τοῦ γάμου λέγω, ἑτέρας δὲ ἀγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς καὶ ἀνυπερβλήτου, τῆς παρθενίας ἤτοι τῆς μοναδικῆς πολιτείας, εἰ μέν τις τὴν κοσμικὴν τουτέστι τὸν γάμον ἕλοιτο, μέμψιν οὐκ ἔχει, τοσαῦτα δὲ χαρίσματα οὐ λήψε- C ται· λήψεται γάρ, ἐπειδὴ φέρει καὶ αὐτὸς καρπὸν τὸν τριάκοντα. εἰ δὲ τὴν ἁγνὴν καὶ ὑπερκόσμιον ἀσπάσοιτό τις, εἰ καὶ τραχεῖα παρὰ τὴν ἀρετὴν μάλιστα καὶ δυσκατόρθωτος φαίνεται, ἀλλ' ἔχει μετὰ τὴν ἔννομον ἄθλησιν καὶ καρτερίαν χαρίσματα θαυμασιώτερα καὶ ἀξιάγαστα· τὸν γὰρ τέλειον καὶ πληρέστατον καρπόν, τὴν ἑκατοντάδα λέγω, φαιδρὸν καὶ ἁγιοπρεπῆ πάντως ἐγκατέστησεν. οὐκοῦν ὥσπερ ὁ παλαιὸς νόμος εἰς δύο βίους ἦν διῃρημένος,

17 τὴν τριακοντάδα? 19 περὶ τὴν ἀρχήν?

sensus. eadem est et sacrarum mulierum conversatio. pleraeque earum vetulae iam virginitatem non coactae, sicuti quaedam apud Graecos sacerdotes momentaneae laudis causa, sed instituto bono ac cupiditate futurorum atque aeternorum bonorum conservarunt.

Constat autem Philonem haec scripsisse, quo tempore primum evangelii praeconium divulgatum est, cum instituta apostolorum prima ipse vidisset. idque Eusebius in historia ecclesiastica et ad Marinum scribens testatur. eodem modo etiam magnus ille Athanasius scribit. cum enim, inquit, duo sint vitae genera, mediocre unum et humanae vitae accommodatum, quod est in matrimonio: alterum angelicum et apostolicum atque incomparabile, quod est virginitatis atque monasticae vitae, si quis sane mundanum, id est coniugii, ingressus fuerit, culpandus non est, dona tamen tanta non accipiet: accipiet tamen, quia is est qui trigecuplum fructum fert. quodsi quis castum illud mundoque superius amplectatur, tametsi id principio asperum atque difficile videatur, tamen legitime confecto certamine toleratisque aerumnis dona consequetur maiore digna admiratione: tulit enim fructum centuplum, perfectum et plenissimum, splendidum omnino atque sancta dignitate insignem. quo igitur modo antiqua lex in duo vitae genera fuit distincta, alterum

εἴς τε τὸν Φαρισαϊκὸν καὶ ὑψηλὸν καὶ εἰς τὸν ὑποδεέστερον καὶ κοσμικόν, οὕτω δὴ καὶ ὁ κατὰ χριστιανισμὸν νέος θεσμὸς εἰς μοναδικὸν ὑπερφερῆ καὶ βιωτικόν.

D Φαρισαῖοι τοίνυν, ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι καὶ μεμερισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐλέγοντο εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα. τὸν δὲ αὐτὸν βίον μετέρχονται καὶ οἱ γραμματεῖς, παρ' οἷς καὶ πολιτεία ἡ αὐτὴ ἐγκράτειά τε καὶ παρθενία, νηστεία δὶς τοῦ σαββάτου, ξεστῶν καὶ πινάκων καὶ ποτηρίων καθαρισμοί, ἀποδεκατώσεις τε καὶ ἀπαρχαὶ καὶ ἐνδελεχεῖς εὐχαὶ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὑπεξαιρουμένων δηλονότι τῶν θαυμασίων Ἐσσαίων ὡς ὑπερτέρων σφόδρα καὶ λίαν ὑπερκειμένων. ἣν δὴ Φαρισαϊκὴν ὡς ἄριστον πολιτείαν ὁ Παῦλος ζηλώ-
P 202 σας εὖ μάλα σεμνύνεται, φάσκων "Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος." ὅθεν εἰκότως καὶ ὁ κύριος ἡμῶν τὸν τελειότερον καὶ ἀγγελικὸν ὑποτιθέμενος ἐναργῶς βίον ἔφασκε πρὸς τοὺς ἐραστὰς τῆς οὐρανίου κληρουχίας "ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." ἔνθεν γέ τοι καὶ ὁ ἀποστολικὸς Διονύσιος ἀποσεμνύνων τὴν ἱερὰν τῶν μοναχῶν τάξιν οὕτω φησίν "ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις ἡ τῶν μοναχῶν ἐστὶν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένη κάθαρσιν ὁλκῇ δυνάμει καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἁγνό-
B τητι, ἔνθεν οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνύμων ἑαυτοὺς ἱερῶν

Pharisaicum et sublime, alterum eo deterius et huius vitae necessitatibus obnoxium, ita et Christianorum nova lex in monasticam ac sublimem et in vulgarem vivendi rationem tribuitur.

Pharisaei nomen a separatione habent, quod sese ab omnibus aliis seiunxissent, ut vitam purissimam atque accuratissimam secundum legis praescriptum possent agere. eandem vitae rationem etiam legis doctores, scribae dicti, tenuerunt. eadem utrinque studia continentiae, virginitatis, ieiunii bis in septimana, sextariorum patellarum atque poculorum ablutionis, decimationis et primitiarum, assiduarum precum, ac reliqua omnia. mirabiles autem Essaei iis potiores sunt, qui longe his antecellunt. sane Paulus Pharisaicam vitam ut praestantissimam sectatus haud obscure eam rem iactat, Ebraeum se ex Ebraeis et Pharisaeum secundum legem nominans. itaque dominus noster perfectiorem et angelicam vitam perspicue praescribens, haud iniuria denuntiavit caelestem hereditatem appetentibus (Matth. 5) eos in regnum caelorum non intraturos, nisi iustitiam Pharisaica et scribarum iustitia ampliorem consecuti fuissent. atque hinc Dionysius ille apostolicus, sacrum monachorum ordinem praedicans, ita loquitur. "omnium sacrorum ordinum supremus est celsissimus monachorum ordo, purgatus exactissime secundum universam facultatem, omnique ornatus castitate suarum actionum.

ἠξίωσαν, οἱ μὲν θεραπευτὰς οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάσαντες ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας."

Ταῦτα ἐκ πολλῶν ἐρανισάμενος ὀλίγα ἀναγκαίως οἶμαι συντέθεικα διὰ τοὺς ἐπαποροῦντας πότε καὶ πόθεν ἡ τῶν μοναχῶν ἤρξατο διαγωγή τε καὶ ἄσκησις καὶ τάξις. ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ τὴν μοναδικὴν πολιτείαν μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας θείων παραδόσεών τε καὶ θεσμῶν εἰκονομάχοι δυσσεβῶς καὶ ἀνοήτως ἀποβαλλόμενοι καὶ διαπτύοντες, ἀρτιφανεῖς Ἰουδαῖοι, καὶ κατὰ τὸν ἀσεβῆ καὶ θεοστυγῆ μυσταγωγὸν αὐτῶν Κοπρώνυμον νέαν καὶ πρόσφατον ταύτην δογματίζοντες ἐξ ἄκρας μανίας τε καὶ C ἀπονοίας καὶ ἀβελτηρίας, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται; ἡμεῖς δὲ ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων πατέρων ἑπόμενοι καὶ ἀρχαίαν ταύτην καὶ παλαιὰν πιστεύομεν ὑπάρχειν.

Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος περὶ ὑποταγῆς καὶ μοναδικῆς πολιτείας ἐξιὼν οὕτως ἔφη "διὰ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος κύριος, κηδόμενος ἡμῶν τῆς σωτηρίας, εἰς δύο βίους διεῖλε τὰ τῶν ἀνθρώπων, συζυγίαν καὶ παρθενίαν, ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸν τῆς παρθενίας καὶ ἀσκήσεως ἆθλον ἔλθῃ εἰς συνοίκησιν γυναικός, ἐκεῖνο εἰδὼς ὡς ἀπαιτηθήσεται λόγον σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐν συζυγίαις καὶ τεκνοτροφίαις ἁγίους ὁμοίωσιν, τούς τε ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ τῇ νέᾳ. πάντες γὰρ ἄνθρωποι ἀπαιτη- D θησόμεθα τὴν πρὸς τὸ εὐαγγέλιον ὑπακοήν, μοναχοί τε καὶ οἱ ἐν συζυγίαις. ἀρκέσει γὰρ τῷ ἐπὶ γάμον ἐλθόντι εἰς συγγνώμην τὸ

itaque beati nostri maiores sacris se ipsos nominibus affecerunt, therapeutas et monachos appellantes, eo quod deo caste serviunt."

Haec pauca de multis necesse habui colligere ac referre propter eos qui disputant, quando et unde monachorum coeperit ordo atque vitae institutum. ubi sunt ergo imaginum oppugnatores, qui monasticam vitam una cum aliis apostolicae ecclesiae traditionibus atque constitutionibus impie et stolide reiiciunt atque conspuunt, recentes Iudaei? qui impium ac diis invisum suum initiatorem Copronymum secuti novum esse atque recentem hunc ordinem asserunt, summa insania dementia ac stultitia decepti, neque vel quid dicant vel de quibus asseverent intelligentes? nos autem doctrinam sanctorum patrum secuti credimus eum vetustum atque antiquum esse.

Sed et magnus Basilius de bonorum suorum dimissione et vita monastica sic disserit. "itaque etiam humanus noster dominus nostrae salutis curam gerens, in duo vitae genera divisit homines, virginitatis nempe et coniugii, ut qui impar virginitatis et exercitationis esset certamini, is matrimonium contraheret, id sciens, fore sibi de temperantia sanctimonia et similitudine eorum sanctorum qui in veteri novoque testamento in matrimonio vixerunt rationem reddendam. omnes enim homines rationem postulabimur de praestita evangelio obedientia, sive mo-

τῆς ἀκρασίας καὶ τῆς πρὸς τὸ θῆλυ ἐπιθυμίας καὶ συνουσίας. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐντολῶν πᾶσιν ὁμοίως νενομοθετημένα οὐκ ἀκίνδυνα τοῖς παραβαίνουσι, καθὼς φησιν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς ‘ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω.’” ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι τῶν θείων καὶ μακαρίων πατέρων ἐν διαφόροις αὐ-
P 203 τῶν λόγοις διαβεβαιοῦνται ἀρχαίαν καὶ ἀποστολικὴν εἶναι τὴν τοῦ μονήρους βίου παράδοσιν. εἰ δὲ καί τινας τῶν θύραθεν εἰς ταύτην τὴν μαρτυρίαν παράξομεν, μηδεὶς μεμφέσθω ἡμῖν. εἰκότως οὖν ὁ Πλάτων ὑπεμφαίνων τῶν τελείων τὸ σπάνιον ἔφασκεν “οὔ μοι δοκεῖ δυνατὸν ἀνθρώποις μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πλὴν ὀλίγων. μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομεν· ναρθηκοφόροι μὲν γὰρ πολλοί, φιλόσοφοι δὲ σπάνιοι καὶ ὀλίγοι. καλὴ δὲ πρᾶξις καὶ πίστις τελευτήσαντα τυχεῖν ἁπάντων.” ὅθεν ἐπήγαγεν ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον κατ’ Αἰσχύλον. ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ δοκοῦντι τοιούτῳ εἶναι. ἄδηλον οὖν εἴτε
B τοῦ δικαίου εἴτε τῶν δωρεῶν καὶ τιμῶν ἕνεκα τοιοῦτός ἐστι. γυμνωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ. μηδὲν γὰρ ἔχων δόξαν ἐχέτω μεγίστης ἀδικίας, ἵνα βεβασανισμένος ᾖ εἰς δικαιοσύνην, τὸ μὴ τίτεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας ἢ φιλοδοξίας καὶ ὑπ’ αὐτῆς γινομένων, ἀλλ’ ἔστω μετάστατος μέχρι θανάτου δοκῶν ἄδικος εἶναι διὰ βίου.” καὶ δὴ καὶ Σωκράτης ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν οὕτως ἔφη·

nachi sive mariti. sufficiet enim ei qui nuptias habuit ad veniam incontinentia, mulieris appetitio et concubitus. reliqua praecepta omnibus ex aequo imposita qui violaverint, non impune ferent, sicut dominus suis discipulis ait (Matth. 13) “quae vobis dico, omnibus dico.” quin et magnus ille theologus Gregorius sanctusque Ioannes Chrysostomus aliique plurimi de beatis patribus hinc inde suis in scriptis confirmant antiquam esse atque apostolicam vitae monasticae traditionem. quodsi quos etiam extraneos testes laudemus, vitio nobis id verti non debet. Plato proinde quam rara sint ea quae absoluta sunt indicans, haud absurde ita scribit. “non mihi videntur homines, nisi pauci, beati ac felices fieri posse, quantisper hanc vitam ducimus: multi enim sunt virgiferi, pauci autem et rari philosophi. recte autem traditur ac creditur mortuos bona consequi.” his infert “vir sincero animo atque generoso, qualem Aeschylus describit, praemiis ac donis afficietur. qui videtur talis esse. atqui in incerto est, iustitiaene an vero munerum et honorum causa talis sit. nudandus igitur omnibus est, itaque redigendus ut sit eius quem prius descripsimus contrarius. nulla enim re praeditus opinionem habeat summae iniustitiae, ut ita exploratum sit eum esse iustum, cum non cedat sinistrae famae, neque ambitione aut iis quae inde oriuntur propellatur, sed sit mutabilis, toto vitae spatio cum putetur esse iniustus.” et quidem etiam Socrates, eius praeceptor, ita

πότερον τὴν τῶν πολλῶν δόξαν δεῖ ἡμᾶς πείθεσθαι καὶ φοβεῖσθαι ἢ τὴν τοῦ ἑνός, εἴ τις ἔστιν ἐπαΐων οὗ δεῖ, καὶ φοβεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους; ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, δεινῶς λωβησόμεθα. οὐκ ἄρα γε, ὦ βέλτιστε, φρον- C
τιστέον ἡμῖν τί ἐροῦσιν ἡμῖν οἱ πολλοί, ἀλλὰ τί τὸ ἐπαΐον τῷ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. ταῦτα δὲ φανερῶς ἐοίκασι τοῖς ἡμετέροις μᾶλλον ἱεροῖς καὶ ἀποστολικοῖς λόγοις, ἐν οἷς φησὶν ὁ μέγας Παῦλος "διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ ἀθυμίας, ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς, ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι, ὡς ἀποθνήσκοντες καὶ ἰδοὺ ζῶμεν, ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι" καὶ τὰ ἑξῆς. τοιαύτην οὖν περὶ δικαιοσύνης καὶ θεαρέστου πολιτείας πάνυ Σωκράτης καὶ Πλάτων διδα- D
σκαλίαν ἐποιήσαντο, θαυμαστὴν ὄντως καὶ ἀξιέπαινον ἀληθῶς τῇ λογικῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων συμβαίνουσαν. τὰ γὰρ ἠθικὰ μαθήματα πάντας ἀνθρώπους ἡ φύσις ἐπαίδευσε. διαπλάσας γάρ τοι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ὁ θεὸς ἐντέθεικε τῇ φύσει τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τὴν διάγνωσιν, ὃ καὶ παιδεύων ἔθνη καὶ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν. διόπερ οὐ μόνον Σωκράτης καὶ Πλάτων καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄδικον ἐβδελύξαντο βίον, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν βαρβάρων. καὶ γὰρ τοὺς ὑπερβορέους μὲν οἰκεῖν ὑπὲρ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη φασίν, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην μὴ κρεωφαγοῦντας ἀλλ' ἀκροδρύοις καὶ ὕδασι χρωμένους. καὶ τοὺς P 204

eum interrogavit: an debemus vulgi de nobis iudicia metuere? aut potius spretis omnibus aliis, eius iudicium revereri qui ei quod rectum est obtemperet? cui nisi pareamus, ingens simus damnum percepturi. non equidem, heus tu, curandum nobis est quid plebs iudicet, sed quid veritas probet, quae iustum ab iniusto discernit. haec perspicue magis conveniunt nostris sacris atque apostolicis sermonibus. nam Paulus ita loquitur. (2 Cor. 6) "armis iustitiae dextris et sinistris, per gloriam et ignominiam, per opprobria et maestitiam; tanquam impostores, cum quidem simus veraces, tanquam ignoti, cum simus noti, tanquam morientes, cum quidem vivamus, ut qui castigamur neque tamen necamur" etc. hanc de iustitia ac vitae ratione deo acceptae doctrinam principes philosophorum Socrates ac Plato tradiderunt, admirabilem profecto, et laude dignam, ut quae sit rationi hominis naturali consentanea. etenim doctrina morum omnes homines ab ipsa natura instituuntur. quippe deus cum humanum genus condidisset, eius naturae bona ac mala discernendi rationem indidit; idemque gentes erudiit et hominem cognitione imbuit. itaque non tantum Socrates Plato aliique nonnulli Graeci iniustam sunt abominati vitam, sed et barbarorum multi. quippe Hyperboreos etiam perhibent habitare trans Ripaeos montes iustitiae studio assiduo incumbentes: nam neque carnibus vescuntur, et arborum fructibus aluntur aquamque bibunt. et Brachmanas in silvis

Βραχμᾶνας ἐν ταῖς ὕλαις διάγειν, φύλλοις τὸ σῶμα καλύπτοντας καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀσκοῦντας. καὶ Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην φιλόσοφον γεγενῆσθαι λέγουσι, καὶ οὕτως αὐτὸν ὁ τῆς φιλοσοφίας ἔρως ἐπύρωσεν ὡς ὀνομαστότατον διὰ πολλὴν ἄσκησιν καὶ σωφροσύνην γενέσθαι. οὐ γὰρ μόνον γρηγορῶν πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζετο πάθη σιωπῶν καὶ ἡσυχάζων, ἀλλὰ καὶ καθεύδων τὰ τῆς σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας ἐδήλου σημεῖα. εἰώθει γὰρ τῇ μὲν λαιᾷ χειρὶ τὰ αἰδοῖα κατέχειν, τῇ δεξιᾷ δὲ τὰ χείλη συνέχειν, ὑπεμφαίνων ὡς πολλῷ μεῖζόν ἐστιν ἡ ἀγωνία τῆς γλώττης καὶ πλείονος ἐπικουρίας εἰς ἀσφάλειαν δεῖται. καὶ τὸν Χείρωνα
B δὲ Κένταυρον ἱστοροῦσιν Ἕλληνες δικαιοσύνης καὶ ἁγνείας γενέσθαι διδάσκαλον, ὡς καὶ Ὅμηρος μαρτυρεῖ τοῦτον δικαιότατον πεφηνέναι Κενταύρων, διὰ πολλὴν δήπουθεν καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ σώματος δουλαγωγίαν καὶ σύμμετρον ἐπιμέλειαν. ὅθεν δὴ Πλάτων ἐναργῶς αὖθις ἐκδιδάσκων φησὶν "ἐπιμελεῖσθαι δὲ σώματος ψυχῆς ἕνεκα ἁρμονίας," δι' οὗ βιοῦν τε ἔστι καὶ ὀρθῶς βιοῦν, καὶ καταγγέλλειν τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα. τοῦτο καὶ ὁ θεῖος ἔφη Παῦλος, "ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ," τουτέστι πρὸς ἄσκησιν καὶ σύστασιν αὐτὸ μετ' ἐπιστήμης καὶ φρονήσεως γυμνάζω, καὶ πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων συνεργίαν, οὐ
C πρὸς ἀσέλγειαν προνοούμενος. συμπεφώνηκε τοίνυν καὶ τούτοις ὁ Πλάτων εὖ μάλα τοῖς ἡμετέροις, τὴν ἀναγκαίαν καὶ δέουσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι παρεγγυήσας τοῦ σώματος. ὑπέδειξέ τε πά-

degere, corpora foliis tectos, ac virtutis maiori quam pro humana condicione studio deditos. Anacharsin quoque Scytham philosophum fuisse aiunt, ita amore sapientiae inflammatum ut ob insignem eius exercitationem atque temperantiam sit celeberrimus. non enim vigilans modo animi motibus obluctabatur tacens atque quiescens, sed etiam dormiens signa temperantiae atque continentiae edebat. solebat enim laeva manu pudenda, dextra labia tenere, innuens multo gravius esse adversus linguam certamen, ac ad securitatem ab ea praestandam maiori opus esse praesidio. Chironem quoque Centaurum Graeci narrant iustitiae fuisse atque castitatis magistrum; id quod Homerus etiam testatur, qui eum Centaurorum ait exstitisse iustissimum, nimirum ob eximiam tolerantiam atque continentiam corporisque subactionem et concinnam curam. unde rursus Plato evidenter sic praecipit. curam corporis gerere oportet eam, ut cum anima servet harmoniam, propter quod et vivit, et recte vivens, et veritatis praeconium faciens. sic et B. Paulus ait suum se corpus affligtare et subigere, hoc est, exercitatione se id ad statum rectum scienter prudenterque parare, ut id sibi in rebus praestantibus adiumento sit, non ei prospicere quae faciant ad lasciviam. quo loco cum nostris praeclare convenit Platoni, qui nos iubet necessariam ac debitam corporis curam gerere. idem monstravit atque pate-

λιν καὶ διεσάφησεν ὅπως ἄρχεται καὶ αὔξεται τῆς φαύλης ἐπιθυμίας καὶ κακίστης συνηθείας τὸ πάθος, φάσκων οὕτως "ἀρχὴ μὲν ἔρωτος ὅρασις, αὔξει δὲ τὸ πάθος ἐλπίς, τρέφει δὲ μνήμη, τηρεῖ δὲ συνήθεια." διὸ καὶ Σωκράτης τὰ βλέμματα καὶ τὰ φιλήματα τῶν εὐμόρφων ὡς χαλεπώτερον σκορπίων καὶ ὄφεων ἰὸν ἐνιέναι πεφυκότα ἀποφεύγειν ἐδίδασκεν. ὅθεν ἰδών τινα νέον φιλήσαντα εὔοπτον "οὗτος" ἔφη "ῥᾳδίως ἂν καὶ εἰς μαχαίρας κυβιστήσῃ καὶ εἰς πῦρ ἐμπέσῃ," ὁ τοσαύτην δηλονότι πυρὰν ἐν ἑαυτῷ κατατολμήσας ἀνάψαι. Διογένης δὲ θεασάμενος μειράκιον ἀσελγέ- D
στερον ἢ κατ' ἄνδρα κεκοσμημένον εἶπεν "εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς, εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς." θηρῶσι διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ οἱ μὲν ἄνδρες τὰς γυναῖκας, αἱ δὲ γυναῖκες καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι τοὺς ἄνδρας. καὶ μέντοι καὶ Ἀγησίλαος εὐμόρφου ἤρα παιδός, καὶ βουλόμενος αὐτὸν φιλῆσαι διεκώλυεν ἑαυτόν, φεύγων τὴν βλάβην. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος οὐδὲ ἰδεῖν τὰς Δαρείου θυγατέρας εὐειδεῖς ἄγαν καὶ παρθένους οὔσας ἠνέσχετο παντελῶς, αἰσχρὸν νομίσας τὸν ἄνδρας ἑλόντα ὑπὸ γυναικῶν ἡττηθῆναι. οὕτω δὲ P 205
καὶ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς οὐδὲ θεάσασθαι κόρην τινὰ θαυμασίαν ἀφορισθεῖσαν αὐτῷ καὶ ἀμήχανον κάλλος ἔχειν μαρτυρουμένην κατεδέξατο, ἀλλά γε καὶ τῷ ὁρῶντι συνεχῶς καὶ μηδὲν ἐκ τούτου δεινὸν πάσχειν λέγοντι παρῄνει μήτε λέγειν τοῦτο μήτε πράττειν. "τὸ μὲν γὰρ πῦρ" φησί "τοὺς πλησίον πάντῃ ἑστῶτας καίει, τὸ δὲ κάλλος καὶ τοὺς πόρρωθεν ἑστῶτας." ἐπεὶ οὖν τὸ ἐρᾶν ἐκ τοῦ ὁρᾶν τίκτεται καὶ ἐκ τοῦ ἐρᾶν ἡ συγκατάθεσις γίνεται

fecit quomodo pravi affectus animi oriantur, augeanturque cupiditates malae et in consuetudinem abeant. initium, inquit, amoris est a visu: auget autem eum affectum spes, nutrit memoria, conservat consuetudo. itaque Socrates docebat vitare conspectum et oscula formosorum, quod haec virus scorpiorum et serpentum veneno damnosius immitterent. ideoque cernens quendam formoso adolescenti osculum dare "hic" inquit "vel in gladium insiliret vel in ignem se abiiceret," scilicet qui tantum in se ipso rogum accendere ausus esset. Diogenes autem adolescentulum videns lascivius quam eum sexum decet ornatum, "siquidem" inquit "viris te ita ornas, infortunatus es: sin mulieribus, iniuste facis." nam viri mulieres ornatu captant, mulieres autem et semiviri viros. sane Agesilaus quoque formosum amabat puerum, eumque osculum sibi ferentem reiecit, evitans damnum. Alexander Darii filias, formosas virgines, ne videre quidem voluit, turpe ratus eum qui viros vicisset a mulieribus vinci. ita Cyrus quoque Persarum rex neque intueri sustinuit puellam quandam ipsi exemptam, cuius admirabilis forma praedicabatur: quin et ei qui se eam crebro videre neque inde quicquam mali habere dictitabat, suasit ne hoc vel faceret vel diceret: ignem enim omnino adstantes urere, amoris incendium etiam ad remotos pertinere. quoniam

καὶ ἐκ τῆς συγκαταθέσεως ἡ πρᾶξις ἐπιτελεῖται, διὰ τοῦτο καὶ ὁ B Χριστὸς τὸν ἀκολάστως ἑστιῶντα τὰς ὄψεις μοιχὸν ἔκρινεν, οὐ τὴν πρᾶξιν μόνην ἀλλὰ καὶ τὴν ἔννοιαν προαναστέλλων. καὶ ὁ Σωκράτης δὲ πάλιν φυλάττεσθαι σφόδρα καὶ παρατηρεῖσθαι τὴν ἀκρασίαν διδάσκων ἔφη μὴ πεινῶντας λίαν μὴ ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πολλὰ μὴ πίνειν· καὶ γὰρ ὁ κύριος ἐμακάρισε τοὺς τοιούτους ἐν τοῖς μακαρισμοῖς.

Μετὰ δὲ Κλαύδιον ἐβασίλευσε Νέρων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη ιδʹ. περὶ οὗ λόγιον ἦν "ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει·" κατήγετο γὰρ ἐκ τῆς γενεᾶς Αἰνείου καὶ Ῥωμύλου καὶ Αὐγούστου. οὗτος κραταιουμένης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς εἰς ἀνοσίους πράξεις ἐξώκειλε καὶ ἀλλότρια τῆς βασιλείας ἐπετήδευε πράγματα, κιθαρίζων C καὶ τραγῳδῶν καὶ ὀρχούμενος ἐπὶ τῶν θεάτρων. καὶ πρὸς τούτοις ἐν πάσαις αὐτοῦ ἀθεμιτουργίαις καὶ τὸ τῆς θεομαχίας προσέθηκε μύσος, διώκτης πρῶτος γενόμενος τοῦ θείου λόγου. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιβουλῆς κατ' αὐτοῦ μηνυθείσης αὐτῷ, εἰς ἄκρον μανίας ἐλθὼν ἀνεῖλε τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ ἄλλους μυρίους τῷ γένει προσήκοντας καὶ τοὺς ἐν Ῥώμῃ ἐπισήμους, τὴν ἐξ αὐτῶν ἐπανάστασιν ὑφορώμενος. μετὰ δὲ τὸ ἀνελεῖν τὴν γυναῖκα ἔγημεν εὐνοῦχον. οὗτος ἀνεῖλε τοὺς κορυφαίους ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ πολλοὺς ἑτέρους μάρτυρας. ἐφ' οὗ καὶ Ἰουδαῖοι τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον D ἀπέκτειναν, ὃς ἁγνὸς ὑπάρχων ἐκ κοιλίας μητρὸς οἶνον καὶ σίκερα

igitur ex visu amor nascitur, isque consensum, consensus facinus gignit, iccirco Christus eum qui oculos intemperanter pascit adulterum iudicavit, non a facto tantum, sed maturius etiam a cogitatione facti dehortans. rursum Socrates, cum docet intemperantiam summopere vitare, nisi admodum esurientem non edere neque bibere nisi vehementi urgente siti iubet. ac Christus quoque tales beatos praedicat, in beatitatum enumeratione.

Post Claudium imperavit Nero, filius eius, annos 14. de hoc exstabat oraculum "ultimus Aeneadum matricida imperitabit:" deducebat enim genus ab Aenea per Romulum et Augustum. is, cum ei confirmatum esset imperium, turpibus sese flagitiis dedidit studiisque ab officio imperatoris prorsus alienis: fidibus enim ludebat, tragoedias agebat, inque theatro saltabat. porro autem reliquis suis sceleribus hoc addidit ut deum oppugnaret, primusque persecutor verbi dei exstitit. post, cum ei insidiae adversus ipsum structae essent detectae, matrem sororem uxoremque suas extrema incitatus insania interfecit, aliosque innumeros suos cognatos virosque illustres Romae, metuens ne ab iis per seditionem impeteretur. interfecta uxore eunuchum uxoris loco duxit. is Nero principes apostolorum Petrum ac Paulum multosque alios martyres interfecit. eo imperante etiam Iudaei Iacobum fratrem domini necaverunt. is ab utero matris castus fuerat, vinum aliosque inebriantes

οὐκ ἔπιεν, ἔμψυχον οὐκ ἔφαγε πώποτε, ξυρὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἐλαίῳ οὐκ ἠλείψατο, βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο.
οὗτος ἐπὶ τοῦ κυρίου ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας
κατέστη, τὰ δὲ γόνατα αὐτοῦ ἦσαν ἀπεσκληκότα ὡς καμήλου ἐκ
τοῦ ἀεὶ κάμπτειν ἑαυτὸν καὶ τῷ θεῷ προσκυνεῖν. ὅθεν διὰ τὴν
ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ καὶ θαυμαστῆς πολιτείας ἐκα-
λεῖτο δίκαιος καὶ ὀβλίας, ὅ ἐστι περιοχὴ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη.
ἐπεὶ οὖν αἰδέσιμος καὶ σεβάσμιος καὶ σφόδρα περιβόητος ὑπῆρχεν
ὁ ἰσάγγελος Ἰάκωβος, ἑορτῆς γενομένης τοῦ πάσχα καὶ πολλῶν P 206
μυριάδων συνελθόντων τῶν Ἰουδαίων τοῦτον ἀνενέγκαντες οἱ
γραμματεῖς καὶ ἱερεῖς ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, διασκεδάσαι
βουλόμενοι τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, εἶπον μεγάλῃ τῇ φωνῇ
"ἀξιοῦμέν σε, δίκαιε, εἰπεῖν τῷ λαῷ, ἵνα μὴ πλανῶνται ὀπίσω
τοῦ λεγομένου Χριστοῦ. . σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα, γινώσκον-
τές σε δίκαιον καὶ ἀπροσωπόληπτον. εἰπὲ ἡμῖν τίς ἐστιν ἡ θύρα
τοῦ Ἰησοῦ." ὁ δὲ ἀποκριθεὶς ἔφη "τί με ἐπερωτᾶτε περὶ τοῦ
Χριστοῦ; καὶ αὐτὸς καθέζεται ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ,
καὶ αὐτὸς μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀπο-
δοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ." πολλοὶ γοῦν πληρο- B
φορηθέντες ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου ἔκραξαν λέγοντες
"ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ." ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ παράνομοι
ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαῖοι ἔκραξαν "ὢ ὤ, καὶ ὁ δίκαιος πεπλάνη-
ται," καὶ μανέντες ἔρριψαν αὐτὸν κάτω. πεσὼν δὲ οὐκ ἀπέθανε,

potus nunquam biberat, animans nullum ederat, novacula caput ipsius nunquam tetigerat, oleo unctus et balneo usus non fuerat. is iam inde ab reditu Christi in caelos episcopus Hierosolymae fuerat creatus. genua porro ipsius callos cameli instar genuum obduxerant, quod in ea identidem adorandi dei causa consideret. itaque ob excellentem iustitiam admirabilemque vitae rationem Iustus appellabatur, et Oblias, quod populi complexum denotat. hunc Iacobum, virum venerabilem, honoratum et celeberrimum angelorumque similem, cum Paschatis festivitas ageretur, ac permulta Iudaeorum milia in urbem confluxissent, scribae et sacerdotes in templi pinnaculo constituerunt; utque Christi praedicationem abolerent, magna voce ita sunt affati. "te Iuste hortamur, ut universo populo dicas, ne errore abducti eum qui Christus usurpatur sectentur. tibi enim nos omnes fidem habemus, quem scimus iustum esse et personarum rationem nullam ducere. dic ergo nobis, quae est ianua Iesu?" ad haec ille "quid me" inquit "de Christo interrogatis? is quidem in caelo ad dexteram dei sedet, indeque veniet vectus nubibus caeli, reddetque unicuique ea quae meritus fuit." multi ergo certissime vera esse quae Iacobus dixerat credentes exclamaverunt "Hosanna filio Davidi." quod cum audirent impii sacerdotes atque scribae, vociferati sunt "ohe etiam iustus in errorem lapsus est." actique in furorem eum deturbaverunt. neque tamen eo ex casu mortuus est; et cum lapides



καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτόν· ὁ δὲ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο λέγων "παρακαλῶ σε, θεὲ πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί πράττουσιν." εἷς δὲ τῶν υἱῶν Ῥιχὰβ ἔκραξε λέγων "παύσασθε, τί ποιεῖτε; ὁ δίκαιος μᾶλλον ὑπὲρ ἡμῶν εὔχεται." καὶ δραμών τις κναφεὺς ἔδωκεν εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ ξύλου κναφικοῦ,
C καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν. θάψαντες δὲ αὐτὸν περὶ τῷ ναῷ ἀνήγειραν τὴν στήλην αὐτοῦ. μετὰ δὲ μαρτύριον αὐτοῦ παρὰ πόδας πολιορκεῖται Ἱερουσαλήμ· φησὶ γὰρ Ἰώσηπος "ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον ὄντα Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν."

Ἐπὶ τούτου τοῦ Νέρωνος Σίμων ὁ μάγος ἐλθὼν ἐν Ῥώμῃ, καὶ πολλὰ σημεῖα διὰ γοητείας ἐπιτελῶν, ἑαυτὸν θεὸν ὠνόμαζε. τοῦ μεγάλου δὲ ἀποστόλου Πέτρου τότε τὴν Ῥώμην καταλαβόντος καὶ πρὸς τὸν μάγον ἀπελθόντος, εὗρε κύνα παμμεγέθη δεδεμένον ἁλύσει ἐν τῷ πυλῶνι, ὃν ὁ Σίμων δεσμήσας δι' αὐτοῦ ἐκώλυε
D πάντας οὓς οὐκ ἤθελε πρὸς αὐτὸν εἰσιέναι· καὶ τοῦτο ἦν πρῶτον θαῦμα τῷ μέλλοντι πρὸς Σίμωνα εἰσέρχεσθαι. ὁ δὲ Πέτρος ἰδὼν τὸν κύνα οὕτω μέγαν καὶ ἀπηγριωμένον, καὶ μαθὼν ὅτι πολλοὺς ἀνεῖλεν ἐπιχειρήσαντας εἰσελθεῖν πρὸ τῆς ἐπιτροπῆς Σίμωνος, κρατήσας ἔλυσεν αὐτὸν λέγων "εἴσελθε πρὸς Σίμωνα, καὶ εἰπὲ αὐτῷ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ, Πέτρος ὁ δοῦλος Χριστοῦ εἰσελθεῖν πρὸς σὲ θέλει." καὶ τοῦ κυνὸς εὐθὺς δρόμῳ εἰσελθόντος καὶ οὕτω

in eum coniicere coepissent, flexis poplitibus ita est precatus "oro te o deus genitor, condona hoc istis: non enim sciunt quam rem agunt." unus autem de progenie Richabi exclamavit "desinite, quid agitis? Iustus pro vobis precatur." interim quidam fullo accurrens ligneo suo instrumento Iacobum in caput imposita plaga occidit. sepelierunt eum pone templum, ac columnam in monimento eius posuerunt. necem eius statim subsecuta est Hierosolymorum obsidio. ait enim Iosephus "haec Iudaeis evenerunt, ut poenas luerent necis quam Iacobo, qui frater Iesu cognomento Christi fuit, homini iustissimo intulerant."

Imperante Nerone Romam profectus Simon magus, cum artibus magicis multa edidisset prodigiosa, sibi dei nomen arrogavit. quo tempore magnus ille apostolus Petrus Romam cum venisset, statuit Simonem adire. erat ad fores Simonis canis praegrandis catena vinctus, cuius opera Simon arcebat quoscunque ad se accedere nollet; idque primum miraculum occurrebat ad Simonem intraturis. Petrus canem ita magnum et efferatum cernens, cognito multos ab eo fuisse interfectos, quod ante iussum Simonis ingredi conati essent, apprehendit eum, solutumque intrare ad Simonem iussit, eique humana voce dicere Petrum servum Christi cupere ipsum conventum. cum canis statim intro accur-

λαλήσαντος κατεπλάγησαν οἱ μετὰ Σίμωνος, λέγοντες "τίς ἐστι Πέτρος, καὶ τίς ἡ τοσαύτη δύναμις αὐτοῦ;" πρὸς οὓς φησιν ὁ P 207
Σίμων "τοῦτο ὑμᾶς μὴ ξενιζέτω, ὅπερ κἀγὼ ποιήσω." καὶ προσέταξε τῷ κυνὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ εἰπεῖν τῷ Πέτρῳ εἰσελθεῖν. καὶ τοῦτο ποιήσαντος πάλιν τοῦ κυνὸς εἰσῆλθε Πέτρος πρὸς Σίμωνα, καὶ συμβαλὼν μετὰ τοῦ Σίμωνος εἰς θαυματουργίαν ἐνίκησε Πέτρος ἰάσεις ποιῶν, καὶ πολλοὶ πιστεύσαντες ἐβαπτίσθησαν. καὶ ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ ταραχὴ πολλὴ καὶ σύγχυσις ἔναντι Πέτρου καὶ Σίμωνος, ὅτι κατέναντι ἀλλήλων ἐποίουν θαύματα. ἅπερ ἀνήνεγκεν ὁ ἔπαρχος τῷ Νέρωνι. οὓς κελεύσας ὁ Νέρων ἀχθῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ λέγει πρὸς Σίμωνα "σὺ εἶ ὃν λέγουσι Χριστόν;" ὁ δέ φησιν "ἐγώ εἰμι." ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Πέτρον ἐπερωτήσαντος εἰ ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, ἀπεκρίθη Πέ- B
τρος "οὐκ ἔστιν οὗτος· μὴ γένοιτο. ἐγὼ γὰρ ἐκείνου εἰμὶ μαθητὴς τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναστάντος καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθέντος." ὁ δὲ Νέρων ὡς τερατολόγους καὶ ἀμφοτέρους ἐκ προσώπου αὐτοῦ θᾶττον ἐξήλασεν. οἳ καὶ διάγοντες ἐν Ῥώμῃ ἐποίουν θαύματα κατέναντι ἀλλήλων. μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν προστάξαντος τοῦ Σίμωνος ἀχθῆναι αὐτῷ ταῦρον παμμεγέθη ἐλάλησεν εἰς τὸ οὖς αὐτοῦ, καὶ παρευθὺ τέθνηκεν ὁ ταῦρος. ὁ δὲ Πέτρος εὐξάμενος ἤγειρεν αὐτόν. οἱ δὲ λαοὶ ἰδόντες ἐθαύμασαν λέγοντες "ἀληθῶς τὸ ζωογονῆσαι ὑπὲρ τὸ θανατῶσαι μεῖζον θαῦμα ἐστί." καὶ μέντοι καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν πολλά, οὐ C
μόνον ἐν Ῥώμῃ ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πρότερον, ἅτινα Κλήμης ὁ

risset itaque esset locutus, obstupuerunt qui cum Simone erant, percontatique sunt quisnam iste Petrus et quae eius tanta potestas esset. Simon respondit non debere hoc eos mirari: nam se idem praestiturum. simul cani mandat ut humana voce Petrum intro venire iubeat. quod cum canis fecisset, ita ad Simonem intravit Petrus; cumque edendis miraculis certarent, Petrus sanandis morbis superior fuit. multique fidem amplexi baptizati sunt: erat autem Romae magnus tumultus ob Petri et Simonis certamen, cum alter alterum miraculis edendis superare contenderet; quae praefectus urbis ad Neronem rettulit. Nero ambos ad se iussit adduci, et ex Simone quaesivit, ipsene esset is quem Christum appellant. aiebat. Petrus eadem de re interrogatus "absit" inquit "ut iste sit Christus. ego discipulus sum Christi crucifixi, qui redivivus in caelos est sublatus." Nero eos statim ex conspectu suo iussit abire ut qui prodigiose nugarentur. illi Romae degentes miraculis certabant. quodam die Simon ingentem taurum ad se adduci iussit, cumque ei in aurem aliquid dixisset, is illico mortuus est. quem taurum Petrus, deum comprecatus, in vitam revocavit. quod populus cernens admiratus est, fassusque maius esse vivificandi quam necandi miraculum. alia quoque miracula ediderunt, neque id Romae modo sed ante etiam in

Ῥωμαῖος καὶ πάνσοφος μαθητὴς Πέτρου καὶ συνέκδημος διηγήσατο, ἀφ' ὧν ὀλίγα συντάξομεν ἐνταῦθα.

Τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος τὸν λαὸν σέβεσθαι καὶ προσκυνεῖν τὸν ἐπὶ πάντων μόνον ἀληθινὸν θεόν, ὁ Σίμων ἔξω τοῦ ὄχλου ἑστὼς ἐβόησε "τί ψευδόμενος ἀπατᾶν θέλεις τὸν παρεστῶτά σοι ἰδιώτην ὄχλον, πείθων αὐτοὺς θεοὺς μήτε νομίζειν μήτε εἶναι, καίπερ τῶν παρ' Ἑβραίοις βιβλίων λεγόντων πολλοὺς θεοὺς εἶναι; πλὴν οὖν περὶ οὗ ἔφης θεοῦ, εἰ δείξω ἐγὼ
D *μὴ αὐτὸν εἶναι τὸν ἀνωτάτω καὶ παντοδύναμον θεόν, καθὸ ἀπρόγνωστός ἐστι καὶ ἀτελὴς καὶ ἐνδεὴς καὶ οὐκ ἀγαθὸς καὶ πολλοῖς ὑποκείμενος πάθεσι κατὰ τὴν ὑμετέραν γραφήν, ἕτερος πάντως περιλείπεται προγνωστικὸς τέλειος ἀνενδεὴς ἀγαθὸς καὶ παντὸς πάθους ἀπηλλαγμένος· ὃν δὲ σὺ φῂς δημιουργὸν καὶ ὑπέρθεον, τοῖς ἐναντίοις ἀντικείμενος ὑπάρχει. αὐτίκα γοῦν ὁ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ γεγονὼς Ἀδὰμ καὶ τυφλὸς κτίζεται καὶ γνῶσιν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ μὴ ἔχων, παραβάτης εὑρίσκεται, καὶ τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται, καὶ θανάτῳ καταδικάζεται. ὁμοίως τε ὁ πλάσας αὐτόν, ἐπειδὴ μὴ πανταχοῦ βλέπει, ἐπὶ τῇ τῶν Σοδόμων κατα-*
P 208 *στροφῇ λέγει 'καταβὰς ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ' καὶ ἑαυτὸν ἀγνοοῦντα δείκνυσι. καὶ τὸ εἰπεῖν περὶ τοῦ Ἀδὰμ 'ἐκβάλωμεν αὐτόν, μήποτε ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἅψηται τοῦ ξύλου τῆς*

Syria. quae Clemens Romanus, vir sapientissimus, Petri discipulus atque comes, recitavit. inde paucula huc ponemus.

Cum beatus Petrus apostolus populum doceret colere et adorare unicum verum deum, omnia in sua potestate habentem, Simon, qui extra turbam adstabat, clamavit: quid conaris mentiendo in errorem abducere rudem multitudinem tibi circumfusam? persuades eis deos neque putandum neque omnino esse. atqui Ebraeorum libri multos esse deos affirmant. iam quem tu praedicas deum, quid si ego ostendam eum non esse supremum neque omnipotentem? cum et futuri ignarus sit et imperfectus et carens aliquibus rebus, non bonus, sed variis obnoxius perpessionibus. certe, si vestris literis creditis, relinquetur alium esse deum futuri praescium, perfectum, nullius rei indigum, bonum, nulli perpessioni obnoxium; quorum contraria sunt in eo quem tu opificem mundi summumque deum iactas. iam primum Adamus, qui ad tui dei imaginem est conditus, caecus fuit creatus cognitioneque boni et mali carens; peccatique manifestus paradiso eiicitur et morte damnatur. similiter is qui istum finxit, non ubique videt. itaque de excidio Sodomorum sic ait (Gen. 18) "descendam visum ac cognitum, an ita agatur apud eos uti ad me clamor pertulit, necne." quibus sane verbis suam ignorationem prodit. iam quae de Adamo dicit (Gen. 3), "eiiciamus eum, ne aliquando suam manum arbori vitae intendat eiusque fructu

ζωῆς, καὶ φαγὼν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα' ἀγνοοῦντος καὶ φθονοῦντός ἐστι σύμβολον. ὥσπερ καὶ τὸ 'ἐνεθυμήθη ὁ θεὸς ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον' μεταμελείας ἐστὶ καὶ ἀγνοίας τεκμήριον τῶν μελλόντων. καὶ τὸ 'ὠσφράνθη κύριος ὀσμὴν εὐωδίας' ἐνδεοῦς ἐστὶ σημεῖον, ὡς καὶ τὸ πειράζειν τὸν Ἀβραὰμ καὶ ἄλλους οὐκ ἀγαθοῦ ἐστὶν ἀπόδειξις καὶ τὸ τέλος τῆς ὑπομονῆς προειδότος." ὁ δὲ Πέτρος ἔφη πρὸς τὸν Σίμωνα "εἰ τυφλὸς ἐπλάσθη B ὁ Ἀδάμ, ὡς λέγεις, πῶς ἐντελλόμενος αὐτῷ ὁ θεὸς ἔλεγε δεικνύων, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε;" καὶ ὁ Σίμων φησί "τυφλὸς ἦν ὁ νοῦς αὐτοῦ." καὶ ὁ Πέτρος εἶπε "πῶς καὶ τὸν νοῦν τυφλὸς ἦν ὁ πρὸ τοῦ γεύσασθαι τοῦ φυτοῦ προσφόρως πᾶσι τοῖς ζῴοις ἐπιθεὶς ὀνόματα; ὅτι γὰρ καὶ τοὺς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ὀφθαλμοὺς εἶχον ἀνεῳγμένους καὶ βλέποντες ἦσαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα, δῆλον ἐντεῦθεν· 'εἶδε' γάρ φησιν 'ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν καὶ ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.' εἰ γοῦν καλὸν θεασάμενοι τὸ δένδρον καὶ τὸν καρπὸν ἔφαγον, εὔ- C δηλον ὅτι καὶ πρὸ τῆς τοῦ καρποῦ βρώσεως γνῶσιν μὲν εἶχον καλοῦ τε καὶ κακοῦ, ὄψιν τε ὀξυδερκεστάτην ὁρᾶν ἕκαστα δυναμένην. οὐκοῦν οὐχ ὡς μετὰ τὴν βρῶσιν καὶ τὴν παράβασιν ἀναβλεψάντων εἴρηται τὸ διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί (δείκνυνται γὰρ καὶ πρὸ τῆς βρώσεως ὁρῶντες, ὡς ἔφην)· ἀλλ' ὡς τὸ ἀπειρόκακον ἀποθεμένων διὰ τῆς παραβάσεως, ὃ καὶ τὴν

vescens immortalis fiat," certa sunt ignorantiae invidiaeque signa. sicut haec (Gen. 6), "paenituit sive consideravit deus quod hominem creasset," argumento sunt eum paenitudini obnoxium ac futurorum nescium esse. tum haec (Gen. 8), "olfecit deus odorem suavem," demonstrant aliquibus eum indigere. et quod Abrahamum aliosque tentavit, non est signum boni, et qui constantiam eorum praenosceret. ad haec Petrus: si caecus erat, inquit, Adamus, quomodo mandans ei deus monstravit arborem cognitionis boni et mali, et ea abstinere iussit? respondit Simon mentis fuisse eam caecitatem. tum Petrus: qui vero caeca ei fuerit mens, qui ante esum vetiti fructus nomina omnibus animalibus apte imposuit? nam Adamum Evamque habuisse et animi et corporis oculos apertos, ex his liquet (Gen. 3): "vidit" scriptum est "mulier arborem, quod fructus eius esui aptus atque adspectu gratus elegansque esset; fructumque ex ea decerptum edit, atque etiam marito dedit." si ergo cum conspicati essent arboris atque fructus pulchritudinem, ederunt, constat ante esum istum eos et boni malique notitiam et visum acutissimum habuisse, quo singula cernerent. ea proinde verba, "aperti sunt eorum oculi," non in hanc sententiam sunt posita, quasi post esum demum atque peccatum visu fuissent donati, quo ante

γνῶσιν ἀδιάφορον παρέσχεν, ἐρρήθη ὅτι διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ
ὀφθαλμοί. πέφυκε γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ διεγεί-
ρεσθαι πρὸς ἃ βλέπει, διότι σύνεσιν αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἔχει,
κἀντεῦθεν πολλάκις πρὸς ἕτερα τῆς διανοίας ἀσχολουμένης τυφλοῦ
D δίκην ἔσθ' ὅτε παρερχόμεθα καὶ τὸν πάνυ γνώριμον, καὶ ἐπειδὰν
ἐγκληθῶμεν, τῇ ἀσχολίᾳ τοῦ λογισμοῦ τὸ αἴτιον ἀνατιθέντες
ἀπολογούμεθα. οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα τῇ αἰσθήσει τοῦ
νοῦ πρὸς τὴν ὄψιν διηγέρθησαν. τὸ γὰρ 'διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλ-
μοί' καὶ 'ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν' ἀποκάλυψιν δηλοῖ τὴν ἐγγε-
νομένην τῷ λογισμῷ, οὐκ ἀνάβλεψιν ὀφθαλμῶν, ὥστε τὴν μετὰ
τὴν ἁμαρτίαν αἴσθησιν οὕτω κέκληκεν ἡ γραφή· παρευθὺ γὰρ
μετὰ τὴν ἁμαρτίαν τὸ συνειδὸς πλήττεται." καὶ ὁ Σίμων φησίν
P 209 "εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδάμ, διὰ τί οὐ προέγνω τὴν διὰ τοῦ ὄφεως
καὶ τῆς γυναικὸς ἀπάτην;" καὶ ὁ Πέτρος "εἰ πρόγνωσιν οὐκ εἶχε,
πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις, ἅμα τῷ γεννη-
θῆναι, ἐπέθηκεν ὀνόματα; τὸν γὰρ πρωτότοκον ὠνόμασε Κάϊν,
ὅ ἐστι ζῆλος· ὃς καὶ ζηλώσας ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἄβελ,
ὃ ἑρμηνεύεται πένθος· ἐπ' αὐτῷ γὰρ πρώτῳ φονευθέντι ἐπένθη-
σαν οἱ γονεῖς. εἰ δὲ Ἀδὰμ ἔργον θεοῦ καὶ ποίημα πρόγνωσιν
εἶχε, πολλῷ μᾶλλον ὁ δημιουργήσας αὐτὸν θεός. ὅτι γὰρ ὄντως
προγινώσκει ὁ θεός, φησὶ πρὸς τὸν Ἀβραάμ 'γινώσκων γνώσῃ
B ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώ-

praeditos fuisse docui: sed quod peccato simplicitatem amisissent, mali omnis nesciam, quae cognitionem indifferentem praebebat, ideo dictum est oculos eorum fuisse apertos. oculus enim ea est natura ut a mente ad ea quae cernit excitetur: ipse quippe per se oculus non intelligit. itaque saepenumero aliis rebus occupato intentoque animo caecorum instar etiam notissimos praeterimus; cumque id nobis vitio vertitur, culpa in animi occupationes reiecta nos purgamus. sic ergo Adamus etiam ac Eva, sensu mentis ad videndum excitati sunt. haec enim, "aperti sunt eorum oculi" et "cognoverunt se nudos esse," patefactionem in intellectu obortam designant, non oculorum novum obtutum. sic ergo nominavit scriptura sensum peccati. statim enim a peccato commisso conscientia feritur. intulit Simon: cur ergo Adamus, si praenotione fuit praeditus, non praesagiit fraudem serpentis et mulieris? immo, inquit Petrus, nisi futura praescivit, qua ratione potuit filiis suis, ut primum nati sunt, ea nomina imponere quibus futurae actiones designarentur? primo filio Caini nomen indidit, quae vox aemulationem aut invidentiam notat; qua is impulsus occidit fratrem suum Abelum, cuius nomine luctus significatur: nimirum enim in luctu fuerunt parentes, eo primum necato. iam si Adamus, dei opus atque creatura, praescientia fuit praeditus, haud dubie magis etiam ea opifici eius deo tribui debet. et vero futura se praevidere deus demonstrat, cum ita Abrahamum alloquitur (Gen. 15) "certo intelliges posteros tuos in alieno solo exsulaturos, servientque

σουσιν αὐτὸ ἔτη υ'. τὸ δὲ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς· σὺ δὲ ἐπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου, μετ' εἰρήνης τραφεὶς ἐν γήρει καλῷ. τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε.' τί δέ; οὐχὶ Μωϋσῆς καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται τὰ ἁμαρτήματα τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τὴν ἀπείθειαν αὐτοῦ πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν εἰς τὰ ἔθνη διασπορὰν αὐτοῦ προεδήλωσαν; εἰ δὲ Μωϋσῆς καὶ οἱ ἄλλοι προφῆται ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὰ μέλλοντα προεγίνωσκον, πῶς αὐτὸς ὁ ἐν αὐτοῖς λαλήσας θεὸς οὐ προγινώσκει τὰ ἐσόμενα; ὥστε οὖν οἰκονομικῶς εἴρηται τὸ ἐνεθυμήθη, τουτέστι μετεμελήθη, C καὶ τὸ καταβὰς ὄψομαι. καὶ μέν γε τὸ ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ, καὶ ὠσφράνθη κύριος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συγκαταβατικῶς διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν λέλεκται, ἐπεὶ ὅτι γε θυσιῶν οὐκ ὀρέγεται, διὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ ὑπεμφαίνει λέγων 'μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι.' ὅθεν ὁ ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθεὶς καὶ ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς παρθένου διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τεχθεὶς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ διερμηνεύων τοῖς ἀγνοοῦσιν, ὅτι ὁ θεὸς καὶ πατὴρ πάντα προγινώσκει, ἔλεγεν 'οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων, πρὶν αὐτὸν αἰτῆσαι ὑμᾶς.' καὶ τοῖς νομίζουσιν ὅτι D μὴ πάντα βλέπει ἔφασκε 'προσεύχεσθε ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει ἐν τῷ φανερῷ.' καὶ τοῖς οἰομένοις αὐτὸν μὴ ἀγαθὸν εἶναι ἐπέπληττε λέγων 'εἰ οὖν

barbaris servitutem annos 400. ego autem gentem, quae eos servitio premet, ulciscar. atque tum huc revertentur magnis cum opibus quarta post aetate. tu autem placida morte senex ad maiores tuos aggregaberis." quid autem? nonne et Moses et reliqui vates peccata Israeli, eius incredulitatem, et in Christum contumaciam, utque essent Iudaei per gentes dissipandi, praedixerunt? quodsi Moses et reliqui vates dei dono futurorum cognitione sunt instructi, quo pacto deus, qui per eos locutus est, futura ignoraret? porro illud "consideravit deus," id est paenituit eum, et "descendam visum," dicta sunt ad humanum captum accommodata. quod etiam tentavisse Abrahamum dicitur et odoratus, et quae horum sunt similia, ea dicta sunt nostrae imbecillitatis causa, verbis ad naturae nostrae morem compositis. nam sacrificia a se non expeti deus Davidi verbis sic exponit (Psalm. 49) "egone ut carnes taurorum edam, aut sanguinem hircorum bibam?" huic filius dei, ante saecula ex ipso genitus et ultimis temporibus nostrae salutis causa de virgine natus, haec et alia id genus rudibus quasi interpretatus est. quod deus et pater omnia praesciat, sic. (Matth. 6) "novit pater vester caelestis vos istis omnibus indigere, idque antequam ipsum rogetis." et qui eum non ubique omnia videre putarent, eo refutantur (Matth. 7) "precamini in abdito; et pater vester qui occulta videt, vobis reddet in aperto." qui eum putarent non esse bonum, sic refellun-

ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;' καὶ τοῖς δοκοῦσιν αὐτὸν θυσιῶν ὀρέγεσθαι διηγόρευσεν 'ὁ θεὸς ἔλεος θέλει καὶ οὐ θυσίας.' καὶ τοῖς ὑπολαμβάνουσι κακὸν αὐτὸν εἶναι παραινῶν ἐβόα 'γίνεσθε οἰκτίρμονες ὡς
P 210 καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος.' διὰ δὲ τοὺς ἀπατωμένους πολλοὺς θεοὺς ὑπάρχειν ἔφη 'ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν,' καὶ 'ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς.' καὶ μέντοι πρὸς τὸν ἐπερωτήσαντα γραμματέα ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολῶν, ἀπεκρίθη 'ἄκουε Ἰσραήλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστί.'"

Ὁ δὲ Σίμων συνιδὼν ὅτι ὁ Πέτρος αὐτὸν συνάγει ταῖς γραφαῖς εἰς τὸν περὶ θεοῦ λόγον, ἐξετασμὸν γενέσθαι μὴ θελήσας ἀνεχώρησε μετὰ πολλῆς αἰσχύνης καὶ ἥττης. ἦν γὰρ ὁ ἐξάγιστος πολύπειρος μὲν ἐν ταῖς διαβολικαῖς ἐνεργείαις, ἄπειρος δὲ ἐν ταῖς
B πνευματικαῖς διδασκαλίαις. καὶ γὰρ οὕτως ἐξησκημένος ἦν ἐν ταῖς μαγείαις καὶ μεθοδείαις τοῦ Σατᾶν ὡς οὐκ ἄλλος τις τῶν πρὸ αὐτοῦ σχεδὸν περὶ ταῖς διαβολικαῖς ἐπινοίαις καὶ κακουργίαις διαβεβοημένων. ἀνδριάντας γὰρ ἐποίει περιπατεῖν, εἰς πῦρ κυλιόμενος οὐκ ἐκαίετο, εἰς ἀέρα ἵπτατο, ἐκ λίθων ἄρτους ἐποίει, δράκων ἐγίνετο, εἰς χρυσὸν μετεβάλλετο, καὶ εἰς ὄφεις καὶ ἕτερα ζῷα μετεμορφοῦτο, διπρόσωπος ἐγίνετο, θύρας κεκλεισμένας καὶ μεμοχλευμένας ἤνοιγε, σιδηρᾶ δεσμὰ διέλυεν, ἐν δείπνοις εἴδωλα

tur (Matth. 9) "quodsi vos, qui mali estis, liberis vestris nostis bona dona praebere, quanto magis pater vester caelestis bona largietur iis qui a se poscent?" qui eum sacrificiorum cupidum putarent, iis diserte edixit (Matth. 5) "misericordiam a deo requiri, non sacrificium." qui putarent eum esse malum, eos sic exhortatur (Ioann. 17) "misericordes estote, sicut et pater vester caelestis." qui per errorem existimarent multos esse deos, eorum causa haec ait (Matth. 11) "ut cognoscant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum." item "praedico te pater, domine caeli et terrae." atque etiam scribae interroganti quodnam esset primum legis praeceptum, respondit (Marci 12) "audi Israel, dominus deus tuus unicus est."

Ceterum Simon videns a Petro se sacrarum literarum testimoniis in disputatione de deo in artum cogi, nolens iudicium de controversia fieri, victus cum magno dedecore sese subduxit. erat enim scelestissimus ille, diabolicarum effectionum instructissimus peritia, sed spiritualis doctrinae expers. quippe adeo fuit magicis artibus ac Satanae praestigiis exercitatus, ut eorum qui ante diabolicis inventis ac maleficiis celebres fuerunt nemo facile cum eo conferri posset. nam statuae ut incederent efficiebat, et in ignem volutatus non urebatur, in aërem subvolabat, lapides in panes convertebat, draco fiebat, in aurum et in angues aliaque animalia mutabatur, duas facies gerebat, fores occlusas

παντοδαπῶν ἰδεῶν παρίστα, τὰ ἐν οἰκίᾳ σκεύη αὐτομάτως φέρεσθαι πρὸς ὑπηρεσίαν ἐποίει τῶν φερόντων οὐχ ὁρωμένων, σκιὰς C πολλὰς προηγεῖσθαι αὐτοῦ παρεσκεύαζεν, ἅσπερ ψυχὰς τῶν τεθνεώτων ἔφασκεν εἶναι. πολλῶν δὲ γόητα καὶ πλάνον αὐτὸν ἐλέγχειν πειρωμένων, διαλλάξας πρὸς ἑαυτόν, ἔπειτα προφάσει εὐωχίας βοῦν θύσας καὶ ἑστιάσας αὐτοὺς διαφόρως δυσιάτοις νόσοις καὶ δαίμοσιν ὑπέβαλε. καὶ ἄλλα πλεῖστα εἰργάσατο καθυπουργούντων αὐτῷ τῶν δαιμόνων. καὶ γοῦν ποτὲ ζητούμενος ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ὡς πλάνος ἀπέδρα, τὴν μορφὴν αὐτοῦ περιθεὶς Φαύστῳ μαθητῇ Πέτρου. καὶ οὗτος ἐπανελθὼν πρὸς τὸν Πέτρον ἐδιώκετο ὑπὸ πάντων διὰ τὴν ἀνόσιον ἰδέαν ἣν περιέκειτο. ἐμβλέψας δὲ ὁ Πέτρος εἰς αὐτόν, καὶ ἰδὼν λυπούμενον καὶ δακρύοντα, D ἔφη "ὑπὸ Σίμωνος, ὦ Φαῦστε, τοῦ μάγου ἡ παραλλαγὴ τῆς μορφῆς σου γέγονε· ζητούμενος γὰρ ὑπὸ Καίσαρος φοβηθεὶς ἔφυγε, τὴν ἑαυτοῦ σοι μορφὴν περιθείς, ἵνα σοῦ συσχεθέντος καὶ ἀναιρεθέντος λύπην μεγάλην καὶ θλῖψιν ἡμῖν προξενήσῃ. ἀλλ' ὁ θεὸς τῆς τοῦ λαοπλάνου καὶ ἐχθροῦ τῆς ἀληθείας Σίμωνος ἀπαλλάξας σε μορφῆς τὴν προτέραν καὶ ἰδίαν σοι παρέξει τάχιον." ὅπερ δὴ καὶ σὺν τῷ λόγῳ γέγονε, πάντων ἡμῶν θεωρούντων. ταῦτα μέντοι καὶ ἕτερα τοιαῦτα γεγράφηκεν, ὡς ἔφην, Κλήμης λεχθῆναι καὶ πραχθῆναι ἐν Συρίᾳ.

Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ, μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι αὐτοὺς ἀπὸ προσώ- P 211 που Νέρωνος, ὡς προείρηται, εἶπε Σίμων τῷ Πέτρῳ "ἔφης ὅτι

et vectibus firmatas aperiebat, ferrea vincula solvebat, in conviviis simulacra omnigenum formarum statuebat; efficiebat ut domi instrumenta sua sponte ad ministerium ferrentur, nemine apparente qui ea gestaret; efficiebat etiam ut se multae umbrae praecederent, quas dicebat esse animas defunctorum. multos qui ipsum praestigiatorem et impostorem demonstrare conati fuerant, simulato cum iis in gratiam reditu ad convivium invitavit, ac bove mactato varie iis tractatis morbos difficillimos et malos genios immisit, ac plurima alia fecit ministerio daemonum. cum aliquando a Caesare quaereretur ad supplicium ut impostor, aufugit, sua forma Fausto Petri discipulo imposita; isque Faustus ad Petrum reversus ab omnibus pro Simone habitus exagitabatur. quem Petrus intuitus, ut tristem lacrimantemque vidit, "Simon" inquit "magus tuam Fauste formam pervertit. metuens enim sibi, quod a Caesare quaerebatur, aufugit, sua forma tibi imposita, ut te capto atque necato in magnum nos dolorem et calamitatem coniiceret. sed deus mox te illius populum seducentis veritatisque adversarii forma liberatum tuae restituet." idque ita factum, Petro adhuc loquente, omnibus nobis cernentibus. haec et alia similia horum in Syria dicta atque facta fuisse Clemens scripsit.

Sed Romae cum, uti rettulimus, Petrus atque Simon a Nerone essent egressi, Simon Petro ait: tu Christum deum tuum inquis in caelum

Χριστὸς ὁ θεός σου ἀνελήφθη· ἰδοὺ κἀγὼ ἀναλαμβάνομαι." καὶ ἰδὼν αὐτὸν Πέτρος κουφιζόμενον διὰ τῆς μαγείας εἰς τὸν ἀέρα ἐν μέσῳ τῆς πόλεως Ῥώμης, ηὔξατο, καὶ εὐθὺς πεσὼν ὁ Σίμων καὶ συντριβεὶς ἀπέθανεν. ὁ δὲ τόπος ἔκτοτε, ὁ δεξάμενος αὐτοῦ τὸ βέβηλον καὶ παμμίαρον σῶμα, ἐκλήθη Σιμώνιον. περὶ οὗ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν ὁ μέγας ἀπόστολος Πέτρος οὕτω φάσκει "ἡ δὲ καταρχὴ τῶν νέων αἱρέσεων γέγονεν ἀπὸ Σίμωνος
B τοῦ μάγου, ὃς καὶ ἐν Συρίᾳ πολλὰ διαπραξάμενος ἄτοπα καὶ ἐν Ῥώμῃ γενόμενος πολὺ τὴν ἐκκλησίαν ἔσκυλε διὰ μαγείας καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ ἐμπειρίας. ἐν μὲν γὰρ Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος ἐμοὶ Πέτρῳ συντυχὼν ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, συμπαρόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων, Ζακχαρίου τοῦ ποτὲ τελώνου καὶ Βαρνάβα, καὶ Ἀκύλα ἀδελφοῦ Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου, μαθητεύσαντος δὲ καὶ Παύλῳ τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν καὶ συνέργῳ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ τρίτον ἐπ' αὐτῶν διαλεχθεὶς αὐτῷ ἐκ τῶν διὰ τῶν προφητῶν λόγων καὶ περὶ θεοῦ μοναρχίας, ἥττησα
C αὐτὸν δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς ἀφωνίαν κατέβαλον, φυγάδα τε αὐτὸν εἰς Ἰταλίαν κατέστησα. γενόμενος δέ, ὡς ἔφην, ἐν Ῥώμῃ πολὺ τὴν ἐκκλησίαν ἐτάραξε, πολλὰ ἀνατρέπων καὶ ἑαυτῷ περιποιούμενος, τὰ δὲ ἔθνη ἐξιστάνων μαγικῇ τέχνῃ καὶ δαιμόνων ἐνεργείᾳ. ὅς καί ποτε μεσούσης ἡμέρας προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐπηγγείλατο δι' ἀέρος ἀναπτῆναι, πάντων θαυμαζόντων ἐπὶ τούτῳ. ἐγὼ δὲ Πέτρος καθ' ἑαυτὸν ηὐχόμην.

fuisse sublatum? en ipse quoque in caelum attollor. cum autem Petrus eum magicis artibus sublimem in aërem efferri videret in medio urbis Romae, deum precatus est, atque confestim Simon decidit, comminutisque eo casu membris periit. locus qui impurum eius et sceleratum corpus excepit, iam inde Simonium nominatur. de hoc magnus ille apostolus Petrus in Constitutionibus apostolicis ita disserit: principium novarum haeresium a Simone mago ducitur. is et in Syria multa prodigiose fecit, et Romae magicis diabolicisque artibus et calliditate ecclesiam maiorem in modum vexavit. ac Caesareae quidem, quae Stratonis dicitur, mihi Petro congressus conatus est verbum dei pervertere, cum essent mecum sancti filii, Zachaeus, qui olim publicanus fuerat, Barnabas, et Aquila Clementis Romani frater; qui Aquila etiam discipulus fuit Pauli, in apostolico munere et evangelio docendo collegae nostri. tertium cum illo disputavi iis praesentibus ex scriptis divinorum vatum, de unius dei imperio; et eum vi domini nostri Iesu Christi superatum usu vocis privavi, inque Italiam exsulatum abegi. Romae autem cum esset, ecclesiam, ut dixi, vehementer perturbavit, multa pervertens ac sibi arrogans, gentesque magicis artibus ac daemonum efficacitate fallens. quia et aliquando media die in theatrum progressus promisit se per aërem sursum evolaturum, omnibus id mirantibus. ego

καὶ δὴ μετεωρισθεὶς ὑπὸ δαιμόνων ἵπτατο μετάρσιος εἰς τὸν ἀέρα, λέγων εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνιέναι κἀκεῖθεν τοῖς λαοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐπιχορηγήσειν. τῶν δὲ δαιμόνων ἐπευφημούντων αὐτὸν ὡς θεόν, D ἐκτείνας ἐγὼ τὰς χεῖρας εἰς ὕψος ἱκέτευον τὸν θεὸν καταρράξαι τὸν λυμεῶνα. ἀτενίσας οὖν εἶπον τῷ Σίμωνι 'εἰ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμὶ ἐγώ, καὶ οὐχὶ πλάνος ὥσπερ σὺ Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν ἀφεῖναί σε τῆς κρατήσεως.' καὶ ταῦτα εἰπόντος μου κατηνέχθη μετ' ἤχου πολλοῦ καὶ συνετρίβη· καὶ τοῦ ὄχλου βοήσαντος 'εἷς θεὸς ὃν Πέτρος καταγγέλλει,' οὕτως ἡ πρώτη κατελύθη τῶν Σιμωνιανῶν αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ, καὶ τέλεον ἀπέσβη. διὸ δὴ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνου τοῦ σαββάτου ἐπίσημον ἄγουσι Ῥωμαῖοι."

Ὁ μέντοι Νέρων ἀκούσας ὅτι πεφόνευται Σίμων ὑπὸ τοῦ P 212 Πέτρου, καὶ ἀγανακτήσας, ἐκέλευσεν αὐτὸν σταυρωθῆναι. ὁ δὲ Πέτρος παρακαλέσας τὸν ἔπαρχον ἵνα μὴ σταυρωθῇ ὄρθιος ὡς ὁ κύριος, κατὰ κεφαλῆς ἐσταυρώθη. μετὰ δέ γε τὴν Πέτρου τελευτήν, ὥς φησιν Εὐσέβιος, Παῦλος ὁ ἀπόστολος κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἀπολογίαν ἐλθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας δέσμιος, ἀπολογησάμενος Νέρωνι ἐπὶ τὴν διακονίαν τοῦ κηρύγματος ἐστάλη. κἀντεῦθεν, ὡς ἔοικε, τὰς τῶν ἀποστόλων πράξεις ἐπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Λουκᾶς ἔγραψε, μέχρις ὅτε συνῆν τῷ Παύλῳ· καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἐμαρτύρησεν, οὐ συμπαρῆν αὐτῷ, τοῦ ἀποστόλου σαφῶς τοῦτο λέγοντος ὅτι οὐδείς μοι ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ συμ- B

autem mecum tacitus deum precabar. et quidem Simon a daemonibus sublevatus in aërem sublimis efferebatur, profitens in caelum se adscendere indeque bona populis suppeditaturum. daemones vero ei tanquam deo faustis acclamationibus plaudebant. tunc ego manibus sursum intentis suppliciter a deo petii ut hanc hominum pestem deturbaret, ac Simonem, in eum defixis oculis, ita sum allocutus "si ego apostolus sum Iesu Christi, et non impostor, sicuti tu es, o Simon, impero malis geniis ut te missum faciant." haec me dicente, magno ille cum sonitu decidit confractisque membris interiit. tum populo acclamante unum esse deum qui a Petro praedicetur, ita eo tempore prima Simonianorum haeresis Romae eversa ac prorsus exstincta est. itaque etiam illius sabbati diem Romani solemnem agunt.

Nero autem Simonem a Petro interfectum esse inaudiens moleste id factum tulit, Petrumque in crucem agi iussit. Petrus ab urbis praefecto obtinuit ne recto corpore ut magister suus Iesus, sed capite ad terram demisso crucifigeretur. mortuo Petro, ut Eusebius est auctor, Paulus apostolus secundum primam defensionem ex Iudaea vinctus missus, cum apud Neronem causam dixisset, ad praedicandum verbum missus fuit. atque inde, ut videtur, acta apostolorum Lucas ad id usque tempus perscripsit, quamdiu fuit cum Paulo. nam Paulo non adfuit, quo is tempore supplicio est affectus. quod apostolus diserte ait (2 Tim. 4)

παρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον, μὴ αὐτοῖς λογισθείη. τὴν δὲ πρὸς Τιμόθεον δευτέραν ἐπιστολὴν κατεχόμενος ἔγραψεν, ὁμοῦ σημαίνων τήν τε προτέραν αὐτοῦ ἀπολογίαν πρὸς Νέρωνα, ὃν καὶ λέοντα διὰ τὸ ἀπάνθρωπον καὶ θηριῶδες τοῦ τρόπου καλῶς ὠνόμασε. καὶ τὴν παρὰ πόδας τελείωσιν ἐπάγει φάσκων "ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος· ἀλλὰ καὶ ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον," ὑπεμφαίνων τὸ παραυτίκα μαρτύριον, ὃ καὶ σαφέ- C στερον ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ προσαγορεύει λέγων "ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν." ἀπολογησάμενος τοίνυν τὴν πρώτην ἀπολογίαν καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν στειλάμενος, εἶτα πάλιν τὸ δεύτερον ἐπιβὰς τῇ Ῥώμῃ δέσμιος καὶ ὡσαύτως Νέρωνι παραδοθεὶς τὸν διὰ ξίφους τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, μηνὶ Ἰουνίῳ κθʹ, καθ' ἣν ἡμέραν καὶ Πέτρος ἐσταυρώθη, μετὰ περίοδον χρόνου ἑνός, καθάπερ καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς οἱ εὐαγγελισταὶ καὶ Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. ὁ οὖν μακάριος Λουκᾶς ἐπὶ ἐλαίας καρποφόρου ἐσταυρώθη, μὴ εὑρισκομένου ξύλου ξηροῦ ἐν τῷ τόπῳ πρὸς τὸ γενέσθαι σταυρόν. καὶ λαβών τις τὸ σῶμα D αὐτοῦ καὶ μεταξὺ πολλῶν μνημείων θάψας ἄδηλον ἐποίησε τὸν τάφον. τῶν δὲ μαθητῶν ἀναζητούντων μετέπειτα καὶ μὴ εὑρισκόντων αὐτοῦ τὸν τάφον διὰ τὸ πλῆθος τῶν μνημάτων, προσευ-

5 περὶ P

"nemo mihi in prima defensione adfuit, sed omnes me deseruerunt. non imputetur ipsis." posteriorem epistolam ad Timotheum scripsit captivus; ubi simul mentionem facit primae suae apud Neronem defensionis. quem et leonis nomine affecit, inhumanitatem eius atque feros mores praeclare notans, et imminentem suum obitum mox indicat, "ereptus sum" inquiens, "ori leonis. sed et in posterum me dominus servabit ab omni mala re, inque suum caeleste regnum asseret," innuens propediem suo supplicio se veritati testimonium perhibiturum. quod etiam apertius in eadem epistola praedicit, in haec verba "ego enim nunc immolor, instatque tempus meae solutionis." post primam defensionem dimissus est, ut rursus evangelium praedicaret. denuo autem in vinculis Romam adductus, itemque Neroni traditus, gladio truncatus martyrii coronam accepit, die Iunii 29, eodem die quo ante annum Petrus in crucem fuit actus. quo supplicii genere affecti sunt etiam Marcus et Lucas evangelistae ac Iacobus domini frater, de quibus ante rettulimus. divo Lucae pro cruce fuit olea frugifera, cum ad parandam crucem nullum iis in locis aridum lignum reperiretur. eius corpus quidam sublatum inter multa alia sepulcra recondidit; itaque effecit ut in obscuro eius sepulturae locus esset. cum autem postea discipuli eam requirerent, atque propter sepulcrorum multitudinem non deprehendere

ξαμένων αὐτῶν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ κολούρια ἔβρεξεν ὁ θεὸς ἰατρικὰ ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ ἀποστόλου, σύμβολα τῆς ἐπιστήμης αὐτοῦ, καὶ ἐκ τούτων ἐγένετο γνώριμος ὁ τάφος. οὗ τὸ τίμιον καὶ ἅγιον λείψανον ἀνακομισθὲν ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου διὰ τοῦ ἁγίου Ἀρτεμίου, ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὑποκάτω τῆς ἁγίας τραπέζης, μετ' Ἀνδρέου καὶ Τιμοθέου τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Οἱ τοίνυν Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάληψιν ἀπολέ- P 213
μητοι διέμειναν ἔτη μʹ, μετανοίας αὐτοῖς καιρὸν τῆς μακροθυμίας ἀπεκτεινούσης τοῦ θεοῦ, ἵνα γνωσιμαχήσαντες τὴν ἰδίαν ἀνακαλέσωνται πλημμέλειαν. οἱ δὲ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον νεύσαντες τῷ φθόνῳ καὶ τοὺς ἁγίους ἀνῄρουν, Στέφανον, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον καὶ λοιπούς. διὸ καὶ ἀξίως ἐφ' ἑαυτοὺς τὴν θεήλατον ἐπεσπάσαντο πανωλεθρίαν. ὅθεν αὐτοῖς φοβερὰ σημεῖα καὶ ἐναργῆ ἐπεδείκνυντο, τὴν μέλλουσαν καταλαμβάνειν αὐτοὺς ἅλωσιν προμηνύοντα. ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀζύμων ἑορτῇ, περὶ ὥραν θʹ τῆς νυκτός, τοσοῦτον φῶς τὸν ναὸν περιέλαμψε καὶ τὸν βωμὸν περὶ ὥραν μίαν ὡς δοκεῖν ἡμέραν γενέσθαι. B
ἔπειτα ἀστὴρ ὕπερθεν τῆς πόλεως ῥομφαίᾳ παρόμοιος ὠπτάνετο. ἄλλοτε ἡ ἀνατολικὴ πύλη χαλκῆ τῆς πόλεως, σηδηροδέτοις κλειομένη μοχλοῖς καὶ μόλις ὑπὸ ἀνδρῶν λʹ ἀνοιγομένη, ὤφθη περὶ ὥραν ηʹ τῆς νυκτὸς ἀνεῳγμένη. πάλιν ὡράθησαν πρὸ ἡλίου δύσεως ὡσεὶ ἅρματα μετέωρα καὶ στρατόπεδα ἔνοπλα περὶ τὸν ἀέρα

possent, eorum precibus motus deus ea nocte collyria medica super eius tumulum depluit, notam artis quam exercuerat. atque hoc modo sepulcrum Lucae innotuit. huius sanctae atque venerandae reliquiae sub Constantio Constantini Magni filio beati Artemii opera Constantinopolim relatae, depositae sunt in templo divorum apostolorum, infra sacram mensam, una cum Andrea et Timotheo beatis apostolis.

Ceterum Iudaei a Christi in caelum receptione pacem habuerunt annos quadraginta, cum eis divina lentitudo id ad resipiscendum largiretur tempus, ut sua damnantes peccata factum mutarent. ii vero in deterius ruentes, invidia eo adducti sunt uti sanctos interficerent, Stephanum, Iacobum Zebedaei filium, Iacobum domini fratrem, et alios. itaque suo merito divinitus profectam sibi attraxerunt internecionem. ea ipsis est terribilibus atque perspicuis denuntiata portentis. nam quo tempore azymorum solennis agitur festivitas, circa horam noctis nonam, tantum aram templumque circumfulsit lumen quod per integram duravit horam, ut dies videretur facta. deinde stella supra urbem ensis specie apparuit. alio tempore porta urbis, quae porta Orientalis dicitur, aerea ac ferratis obdita vectibus, et quam aegre triginta viri possent aperire, circa octavam noctis horam visa est aperiri. rursus ante solis occasum visi sunt in sublimi currus et exercitus armati per aërem

διατρέχοντα καὶ τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας φοβερῶς περιστοιχίζοντα. πρὸ ἐτῶν δὲ τεσσάρων τῆς ἁλώσεως, ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς σκηνοπηγίας, ἔτι τῆς πόλεως εἰρηνευούσης, ἄνθρωπός τις Ἰησοῦς ὀνόματι ἐξαίφνης ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ παρελθὼν ἐβόα "φωνὴ ἀπὸ C ἀνατολῶν, φωνὴ ἀπὸ δυσμῶν, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ πάντα τὸν λαόν." καὶ ταῦτα ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις περιερχόμενος ὅλην τὴν πόλιν ἀνενδότως ἐβόα. διὸ καί τινες τῶν δημοτῶν ἀγανακτήσαντες μάστιξιν αὐτὸν ᾐκίζοντο. ὁ δὲ πρὸς ἑκάστην τῶν πληγῶν ἔκραζεν "οὐαὶ οὐαὶ οὐαὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις." κατ᾽ αὐτὴν δὲ τὴν ἑορτὴν βοῦς ἀχθεῖσα πρὸς θυσίαν παραδόξως ἔτεκεν ἄρνα ἐν μέσῳ τοῦ ἱεροῦ· ἥτις, οἶμαι, σαφῶς ἐνέφαινε τὴν γενησομένην αὐτοῖς ἄρδην πανωλεθρίαν.

Τῶν οὖν Ἰουδαίων τὴν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὑποταγὴν ἠθετηκότων ἀπέστειλε Νέρων Οὐεσπασιανὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ Τίτον D τὸν ἔκγονον αὐτοῦ, οἳ καὶ ἐπόρθησαν αὐτήν, πάντων τῶν Χριστιανῶν δι᾽ ἀποκαλύψεως θείας τῶν Ἱεροσολύμων ἐξελθόντων, μόνον δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐκ πάσης τῆς χώρας ἐν τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ τοῖς Ἱεροσολύμοις συγκλεισθέντων, ὡς ἀμφὶ τὰς τριακοσίας μυριάδας τὸ πλῆθος ἀριθμεῖσθαι. καὶ πάντες τὸν ἐπηρτημένον αὐτοῖς ὄλεθρον πρὸς θεοῦ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν τολμηθεῖσαν αὐτοῖς θεομαχίαν καὶ μιαιφονίαν ἐνδίκως κατεδέξαντο. Οὐεσπασιανὸς γὰρ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ μετὰ θάνατον Νέρωνος ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ στρατοῦ

discurrentes atque urbibus Iudaeae terribiliter circumfusi. quattuor etiam ante excidium annis, festo tabernaculorum die, urbe adhuc pacata, vir quidam Iesus nomine subito in medium populi progressus clamavit "vox ab ortu solis, vox ab occasu, vox a quattuor mundi cardinibus, vox adversus Hierosolyma et totam gentem." haec ille per aliquot dies, totam circumiens urbem, sine intermissione vociferabatur. quod quidam de populo indigne ferentes flagris eum ceciderunt, ad singulos ictus exclamantem "vae vae vae Hierosolymae." eadem festivitate bos ad sacrificium adducta agnum partu edidit in medio templo; quo quidem prodigio, ni fallor, funditus exitium Iudaeis aperte fuit praemonstratum.

Cum ergo Iudaei a Romanis defecissent, misit Nero Vespasianum filium et Titum nepotem suum, qui Hierosolymam exscinderent. divina tum patefactione admoniti Christiani universi Hierosolymis excesserant, solique Iudaei in urbe erant, ad paschatis solenne sacrificium ex tota Iudaea eo profecti, ibique tanquam in carcere inclusi. multitudinis numerus fuit ad ter millena milia; qui omnes divina vindicta rebellionis suae contra Christum dominum nostrum, caedisque in eum statutae, exitio suo poenas dederunt. etenim Vespasianus in Palaestina degens, a morte Neronis imperator ab exercitu creatus, Romam abiit, Tito filio

πρὸς Ῥώμην ἀπῆλθε, Τίτον τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταλείψας ἐκεῖσε. ὁ δὲ ἑλεπόλεις καὶ πύργους παντοίους τεκτηνάμενος διχῶς τὰ τείχη P 214 *Ἱεροσολύμων κατεπολέμει. ἐξελαύνει γοῦν τοῦ ἔξω τείχους τοὺς Ἰουδαίους. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον καταφυγόντας κἀκεῖθεν σφόδρα βιαίοις πολέμοις ἀναγκάσας ἐπὶ τὸ ἐνδότερον καὶ τρίτον συνώθει χωρεῖν, ὅπου καὶ καρτερᾶς διαμάχης γενομένης ἐξ ἑκατέρας παρατάξεως πλεῖστοι ὅσοι ἀνῃροῦντο. λιμοῦ δὲ τότε τὴν πόλιν ἀφορήτου καταχρατοῦντος, ἦν ἰδεῖν πολλῷ χείρω τῶν πολεμίων τοὺς ἔνδον δρῶντας στασιαστάς· εἴ που γὰρ θύραν εἶδον κεκλεισμένην, καταχλῶντες εἰσεπήδων καὶ ἐκ τῶν φαρύγγων διηρπάζοντο τὸν ψωμόν. τούτου δὴ ἕνεκα καὶ γέροντας ἐβασάνιζον καὶ γύναια* B *ἐσπάραττον καὶ νήπια ἤρασσον εἰς γῆν. ὀρόβοις δὲ τοὺς πόρους τῶν αἰδοίων ἐμφράττοντες, καὶ ῥάβδοις ὀξείαις τὰς ἕδρας τῶν ἀθλίων διαπερονῶντες, οὕτως ἠνάγκαζον δράκα μίαν ἀλφίτου μηνῦσαι κεκρυμμένην. καὶ χόρτου μὲν σπαράγματα διεμασῶντο, μητέρες δὲ τῶν νηπίων ταῖς ἑαυτῶν χερσὶ τῷ λιμῷ μαραινομένων ὑπερεώρων, καὶ τῶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν θνησκόντων καὶ τῇ ἐνδείᾳ καταφθειρομένων παρελογίζοντο. πᾶσα δὲ οἰκία νεκρῶν πληρουμένη καὶ ἐπόζουσα ἀργαλέον ἐνέσκηψε λοιμόν. καὶ πλείους ὁ λιμὸς ἢ ὁ πόλεμος ἀνάλωσε· τί γὰρ παρελείφθη μὴ βρωθέν; τότε καὶ γυνή τις εὐγενὴς καὶ πλουσία, τοὔνομα Μαρία, ἐκ τῆς* C *χώρας καταφυγοῦσα πρὸς τὴν πόλιν, ἐπειδὴ πᾶσαν αὐτῆς ὑπὸ τῶν στασιαστῶν ἀφῃρέθη τὴν περιουσίαν, ὑπομάζιον ἔχουσα τέκνον τοῦτο καταθύει· καὶ ὀπτήσασα τὸ ἥμισυ μὲν ἔφαγε, τὸ*

suo ibi relicto. is machinas ad oppugnandum aptas omnisque generis turres fabricatus, bifariam muros Hierosolymorum oppugnavit, Iudaeosque muro exteriore abactos ad secundum compulit. inde quoque magnis certaminibus eos ad tertium redegit murum; ubi acri commissa pugna plurimi ab utraque parte occubuerunt. interim cum urbs intolerabili fame conflictaretur, vidisses longe atrociora intus a raptoribus quam foris ab hostibus damna dari. nam sicubi ianuam viderent occlusam, ea effracta irrumpebant bolosque ex ipsis faucibus hominum eripiebant. propterea et senes torquebant et mulieres laniabant et infantes terrae allidebant; meatus pudendorum pisis obturabant, anosque miserorum acutis virgis penetrabant, uti eos cogerent pugillum unum farinae absconditum indicare. manducabantur herbae evulsae; et matres suos infantes inter ipsarum manus fame tabescentes negligebant, fameque ante oculos suos morientium nullam ducebant rationem. porro autem cadavera, quibus omnes erant domus oppletae, foetore edito gravem excitaverunt pestem, qua plures quam bello perierunt. quid enim non fuit absumptum? tunc etiam mulier quaedam nobilis atque dives, nomine Maria, quae ex agro in urbem confugerat, cum omnibus suis facultatibus esset a militibus spoliata, infantem quem adhuc lacte suo nutriebat mactavit, assatique dimidium voravit, reliquo ad aliam coenam servato.

ἥμισυ δὲ καταλείψασα ἐτήρει. οἱ δὲ τῆς κνίσσης αἰσθόμενοι καὶ εἰσπηδήσαντες ἀνελεῖν ἠπείλουν, εἰ μὴ ἐπιδείξειε τὸ μέρος. ἡ δὲ τοῦ παιδαρίου τὰ λείψανα προαγαγοῦσα "τοῦτο" ἔφη "τὸ ἐμόν ποτε γνήσιον τέκνον, νῦν δὲ πανάθλιον, φάγετε καὶ ὑμεῖς, ὅτι κἀγὼ βέβρωκα, καὶ μὴ γένησθε ἐμοῦ τῆς αὐτὸ γεννησαμένης συμπαθέστεροι· εἰ δὲ ἀποστρέφεσθε, τὸ λοιπὸν ἐμοὶ καταλείψατε."
D οἱ δὲ οὕτως ἰδόντες καὶ ἀκούσαντες, τὰς αὐτῶν ὄψεις τύψαντες, τρέμοντες ἐξῆλθον. οὕτω τὸ καλῶς ἐκ κοιλίας ἐξελθὸν βρέφος εἰς τὴν αὐτὴν πάλιν κακῶς ὑπέστρεψε γαστέρα. καὶ τοῦτο δὲ τῆς θεηλάτου ὀργῆς σημεῖον ἱστόρηται. καὶ γὰρ πολέμου ἐπὶ τῇ περιοχῇ σφοδρῶς συρρηγνυμένου ἐξάπινα θύελλα σφόδρα μεταξὺ τῶν δύο μερῶν παρεμπεσοῦσα τὰ παρὰ τῶν Ῥωμαίων μὲν ἀφιέμενα βέλη εὐστόχως ἴθυνεν ἐπ' αὐτούς, τὰ παρὰ Ἰουδαίων δὲ πρὸς αὐτοὺς πεμπόμενα πλάγια παρέσυρεν. ὅθεν τὰς ὄψεις αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς θυέλλης ἀμαυρουμένας θεασάμενοι λαθραίως τε ἐπανέβαινον καὶ ἐκτόνως κατέκτεινον αὐτούς.

P 215 Ἐπὶ δυσὶ δὲ ἔτεσιν ὁ Τίτος τὴν Ἱερουσαλὴμ παραλαβὼν πᾶσαν αὐτὴν καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν κατηθάλωσεν ἐν πυρί. τότε ἀληθῶς ἐξωλοθρεύθη χρίσμα καὶ κρῖμα, καὶ ἐν συντελείᾳ ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς ἐδόθη, τουτέστι συντετελεσμένην ἀπώλειαν καὶ πληρεστάτην ἐρήμωσιν τῆς ἀπειθείας αὐτῶν ἐτρύγησαν καρπόν. καὶ τί μοι τὰ πολλὰ λέγειν; Ἰώσηπος ὁ ἐκεῖνος, φιλαλήθης ὤν, ἱστορεῖ περὶ τούτου τῷ τε πολέμῳ καὶ τῇ ἁλώσει ἐκεῖσε συνών. τούτῳ τις ἐντυχὼν εἴσεται σαφέστερον. ὃς τὸν μὲν λαὸν εἰς τριακοσίας μυ-

sed milites nidore percepto domum irruperunt, mortemque mulieri minati sunt nisi cibum ostendisset. tum illa reliquiis pueruli prolatis "haec" inquit "olim mea fuit genuina proles, nunc miserrimus cibus. edite et vos: nam ipsa quoque edi, neque este me genitrice humaniores. sin aversamini, mihi reliquum dimittite." his illi visis atque auditis plangentes suam quisque faciem et tremebundi exierunt. sic infans, ex quo recte eductus fuerat ventre, in eundem per nefas rediit. aliud porro irae dei Iudaeis infestae signum commemoratur. cum enim ad muros summa vi manus consererentur, subito venti turbo inter adversas acies incidit, qui a Romanis missa tela recta in Iudaeos dirigeret, Iudaeorum autem tela obliqua averteret: itaque Romani hostium oculos videntes turbine perstringi, clam iis in murum evaserunt magnamque stragem ediderunt.

Titus Hierosolymam biennali obsidione in potestatem redactam una cum templo totam in favillam flammis redegit. tunc utique unctio et iudicium abolita sunt, vastitasque urbis impleta, nimirum excidium; quem Iudaei suae contumaciae fructum ceperunt. quid autem attinet me hic prolixum esse? Iosephus Iudaeus, veritatis observantissimus, qui et bello et excidio urbis interfuit, historiam eius rei descripsit. ea lecta rem planius intelliges. is ter millies mille numeratos fuisse narrat

ριάδας ἠριθμῆσθαί φησι σὺν νηπίοις καὶ γυναιξὶν, ἄνδρας δὲ ἑκατὸν δέκα μυριάδας ἐν τῷ λιμῷ καὶ τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐν τῷ συγκλεισμῷ ᾧ ἑαυτοὺς ἑκουσίως ἐν ὑπογαίοις B τόποις συνέκλεισαν καὶ κατέκτειναν, διεφθορέναι συνεγράψατο. καὶ τοὺς μὲν ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας καὶ σώματος κάλλει διαφέροντας τῷ θριάμβῳ Ῥώμης ἀχθῆναι εἰς θηριομαχίαν, τοῦ ἄλλου δὲ πλήθους τοὺς μὲν ὑπὲρ τὰ ιζ´ ἔτη τοὺς μὲν δεσμίους εἰς τὰ κατ᾽ Αἴγυπτον ἔργα παραπέμπεσθαι, τοὺς πλείστους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας ὑπερορίζεσθαι φθαρησομένους ἐν θεάτροις καὶ σιδήροις καὶ θηρίοις· τοὺς ἐντὸς δὲ τῶν ιζ´ ἐτῶν αἰχμαλώτους ἀπάγεσθαι πραθησομένους διετάξατο· τούτων δὲ μόνων τὸν ἀριθμὸν εἰς θ´ μυριάδας ἀνδρῶν συνθεωρεῖσθαι.

Τότε δὴ καὶ λιμὸν κατὰ τὴν Ῥώμην φασὶ γενέσθαι τοιοῦτον C ὡς ὑπὲρ μυρίους ἐφ᾽ ἡμέραις πλείοσι καθ᾽ ἡμέραν ἀποθνήσκειν. τότε καὶ κολοσσόν φασι τοὺς Ῥοδίους ἀναστῆσαι στήλην ἐκ χαλκοῦ τῷ Διί, ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ποδῶν.

Μετὰ τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἅλωσιν Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα τὸν θρόνον Ἱεροσολύμων διαδέχεται.

Οὗτος ὁ Νέρων μανίας ἀλόγου πλησθεὶς ἀνεῖλε μὲν τὴν αὐτοῦ μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς ἐκ γένους αὐτῷ προσήκοντας πάντας καὶ τῶν ἐπισημοτάτων Ῥωμαίων πλείστους. τῷ καὶ διὰ τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀσελγῆ βίον αὐτοῦ τῇ τραπέζῃ κεραυνὸς ἐπιπίπτει, καὶ εὐθὺς ἐπιτίθενται αὐτῷ τινὲς τῶν

20 ἐκγόνους P

cum uxoribus et liberis. periisse autem fame, bello intestino, et in cuniculis in quos sese ultro incluserant atque interfecerant, 1100000 viros. reliquos qui aetate integra ac pulchritudine corporis praestarent, Romam in triumpho ductos, ut ibi cum belluis decertarent. de reliqua turba qui annum 17 excessissent, eos partim in Aegyptum ad opus faciendum missos, plerosque in provincias divisos, ut in theatris ibi aut a feris necarentur. qui autem intra 17 annum aetatis erant, eos in servitutem abduci ac divendi iussisse Titum; et virorum fuisse numerum, qui mancipia abducerentur, 90 milia.

Tunc etiam Romae aiunt tantam exstitisse pestem, ut per multos dies quotidie supra 10000 hominum elata sint. tunc et Rhodios ferunt Colossum statuisse, aeream statuam Iovi, 127 pedes altam.

Post captam Hierosolymam Symeon Cleopae filius episcopus eius urbis factus est.

Nero plenus rabidi furoris matrem sororem uxoremque suas necavit, et omnes suos cognatos, plurimosque nobilium Romanorum. propter turpem ac libidinosam eius vitam mensa ipsius est de caelo tacta. statim quidam primarii viri insidias ei struxerunt. itaque suos ipse

D ἐν τέλει ἀναιρήσοντες. ὁ δὲ παρεκάλει τοὺς συνόντας αὐτῷ ἀνελεῖν
αὐτόν. ὡς δὲ οὐδεὶς ἠνέσχετο τοῦτο πρᾶξαι, "ἐγὼ μόνος" ἔφη
"οὔτε φίλον ἔχω τὸν σώζοντα οὔτε ἐχθρὸν τὸν ἀναιροῦντά με.
ἀποθανεῖν θέλει ἡ ψυχή, καὶ ἡ χεὶρ οὐχ ὑπηρετεῖ." καὶ τελευ-
ταῖον ἐπειπὼν "ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης κιθαρῳδὸς ἀπόλλυται"
ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ τινὲς πιλία ὡς ἐλευθε-
ρούμενοι ἐφόρεσαν. περὶ οὗ καὶ Βάλβιος, περὶ τῆς κατ' αὐτοῦ
ἐπιθέσεως, ὡς οἰκεῖος αὐτοῦ ὢν ἐρωτηθεὶς παρὰ Νέρωνος, ὡς
καὶ αὐτὸς εἶ κατ' ἐμοῦ; ἔφη "ἐφίλησά σε παντὸς μᾶλλον καὶ ἐμί-
P 216 σησα. ἐφίλησα ἐλπίσας ἀγαθὸν αὐτοκράτορα ἔσεσθαί σε, μισῶ
δὲ ὅτι ταῦτα ποιεῖς· οὔτε γὰρ ἁρματηλάτῃ οὔτε κυνηγῷ οὔτε κι-
θαρῳδῷ δουλεύειν δύναμαι."

Ἐπὶ Νέρωνος ἐν Ῥώμῃ ὕπατος Λεύκιος Κοΐντος Κικιννά-
τος ἄριστος ἐδείχθη. τοῦτον ἡ βουλὴ ἔπεμψε τοὺς παραληψομέ-
νους ἐπὶ τὴν ἀρχήν. ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ἄρουραν ἐργαζόμενος εἰς
σποράν, καὶ ἀκολουθῶν τοῖς βουσὶν ἀχίτων, περιζωμάτιον ἔχων
καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πῖλον. προδραμόντος δέ τινος καὶ κελεύσαν-
τος ἐπὶ τὸ κοσμιώτερον ἑαυτὸν ποιῆσαι, παρελθὼν εἰς τὴν καλύ-
βην καὶ ἀμφιασάμενος προῆλθεν. οἱ δὲ ἠσπάσαντό τε αὐτὸν ὡς
ὕπατον καὶ τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα περιέθεσαν. ὁ δὲ μικρὸν
ἐπισχὼν καὶ δακρύσας "ἄσπορον ἄρα μοι" ἔφη "τὸ χωρίον ἔσται
B τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, καὶ κινδυνεύσομεν οὐχ ἕξειν πόθεν διατρα-
φῆναι;"

Ὅτι ἡ ἐπωνυμία τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου, ἡ μὲν ῥωμαΐζουσα

hortatus est ut ipsi manus afferrent. quod cum omnes recusarent, "ego" inquit "solus neque amicum qui me servet habeo, neque inimicum qui me occidat: mori cupit animus, et manus ei non inservit." tandem fatus "o Iuppiter, quantus artifex et citharoedus perit," se ipsum iugulavit. eo sublato quidam pileos, ut libertatem adepti, gestaverunt. de eo Flavius, unus eorum qui ei insidias fecerunt, sic pronuntiavit. interrogatus a Nerone, cui erat admodum familiaris, cur se quoque ipsi adversum praeberet, "maiore" ait "te quam ullum alium et amore et odio sum prosecutus, amore, quod sperabam te bonum fore imperatorem, nunc autem odi te ob tua facta: non enim possum aurigae, venatori aut fidicini servire.

Nerone imperante Romae consul fuit L. Quinctius Cincinnatus, vir optimus habitus. is, cum senatus mitteret qui eum ad occipiendum magistratum vocarent, inventus est sine tunica arans bovesque sequens, subligaculo cinctus ac pileum gestans. cum accurrisset quidam iuberetque eum se ornare, in casam ingressus vestem sumpsit, progressusque salutatus est consul, et purpura praetexta veste amictus. Quinctius paululum moratus flevit, dicens "ergone hoc anno ager mihi non conseretur, et periculum erit de penuria?"

Nomen annui circuli indictio est apud Latinos, quia principium

φωνὴ τὸ μήνυμα σημαίνει· μηνύει γὰρ ἡ ἀρχὴ τὴν περίοδον, καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ ἰνδικτιών. ἡ δὲ Ἑλλὰς φερωνύμως ἔθηκε τὴν ἐπινέμησιν. οὐ γὰρ εἰς ἀπαράβατον καὶ ὡρισμένον βάρος τὸ παλαιὸν οἱ φόροι τοῖς ὑπηκόοις ἐτάττοντο, ἀλλ' ἡ τῶν καρπῶν γένεσις τὴν σύνταξιν αὐτοῖς ἐφιλανθρωπεύσατο· σπανίζουσαν γὰρ ἠλάφρυνεν, εὐθηνοῦσαν δὲ οὐκ ἐβάρυνε, καὶ διένειμεν ἀλύπως τοῖς φορολογουμένοις τὸ ἀνάλογον, καὶ τότε ὅτε χρεία ἐκάλει· μηδενὸς δὲ ὄντος τοῦ φορολογουμένου οὐδ' ὅλως ὁ φόρος ἐπράττετο, C ἀλλ' ἐγίνετο κέρδος ὁ πόνος ὅλος τοῖς γεωργήσασι.

Γάλβας ἐβασίλευσε μῆνας θ' ἡμέραις ιγ', ἦν δὲ τῶν εὐπατριδῶν, ὃς εἶχε παραδυναστεύοντα τὸν Ὄθωνα. ὃς καὶ ἰδὼν τὸν Γάλβαν Λούκιον εἰς υἱοθεσίαν παραλαβόντα, φθονήσας καὶ τὸ στράτευμα κατ' αὐτοῦ κινήσας ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἀπαιτούμενος δὲ ὁ Ὄθων χρήματα παρὰ τῶν στρατιωτῶν, ἃ ὑπέσχετο αὐτοῖς, ἔφη "οὐ δεῖ αὐτοκράτορα ἀναγκάζεσθαι."

Ὄθων ἐβασίλευσε μῆνας τρεῖς ἡμέρας η', ἦν δὲ γένους ἀσήμου. θύων δέ ποτε ἐν τῷ ἱερῷ τὰ τῆς Ἀφροδίτης ᾄσματα τοῖς ἱεροῖς παρέμιξε, καὶ διὰ τοῦτο Οὐϊτελίου αὐτῷ ἐπαναστάντος D ξιφιδίῳ ἑαυτὸν διεχειρίσατο εἰπὼν "τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς ᾄδειν καὶ αὐλεῖν;"

Οὐϊτέλιος ἢ Βιτέλιος ἔτος ἕν, γένους ἐπιφανοῦς ὤν. οὗτος ἀστρολόγους καὶ ἀστρονόμους καὶ γόητας ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας πάντας ἐκχωρῆσαι τῆς Ἰταλίας προσέταξεν. οἱ καὶ πρόγραμμα

circuitu indicat. Graecia ab eventu nomen imposuit, ut epinemesin appellaret. antiquitus enim tributum subditis non ita impositum erat ut eius fixa esset et immutabilis ratio, sed iuxta frugum proventum humaniter iis imponebatur, ita ut eo tenuiore minus penderent, neque uberiore eo census augeretur. itaque exactoribus pro portione tribuebant, idque tunc, quando necessitas postulabat. cum autem nemo exigeret, prorsus censum non pendebant, sed omnis laboris fructus agricolis relinquebatur.

Galba imperavit menses 9 dies 13. fuit patricius, habuitque imperii aemulum Othonem, qui cum Lucium a Galba videret adoptari, invidia ductus exercitum adversus hunc concitavit, eumque interfecit. Otho autem a militibus pecuniam, quam promiserat, postulatus, respondit imperatorem non debere cogi.

Imperavit Otho menses 3 dies 8. natus fuit obscuro genere. aliquando rem sacram in templo faciens carmina Venerea sacris permiscuit. ideoque adversus ipsum a Vitellio mota seditione gladio suo se interfecit, dicens "quorsum enim attinebat me quoque longis cantare tibiis?"

Vitellius unum annum imperavit, illustri familia ortus. is astrologos astronomos praestigiatoresque omnes intra certum diem Italia ex-

ἔρριψαν, προαγγέλλοντες ἐντὸς ἡμέρας ῥητῆς ἀπαλλαγήσεσθαι αὐτὸν τοῦ βίου. ὃ δὴ καὶ γέγονεν· ἐσφάγη γὰρ ὑπὸ στρατιωτῶν.

Οὐεσπασιανὸς υἱὸς Νέρωνος ἐβασίλευσεν ἔτη δέκα ἡμέρας η'. αὐτοκράτωρ δὲ γέγονεν ἐν Παλαιστίνῃ, ἔτι τὰς πόλεις
P 217 τῶν Ἰουδαίων πολιορκῶν. ὅστις καὶ Ἰώσηπον τὸν συγγραφέα ὑποχείριον ἐποιήσατο. ἀνήχθη δὲ ἐν Ῥώμῃ ἀναγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατοῦ βασιλεύς, καταλιπὼν Τίτον τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὴν Παλαιστίνην πολιορκεῖν. τῷ πρώτῳ ἔτει Οὐεσπασιανοῦ ὁ ναὸς τοῦ Καπιτωλίου ἐνεπρήσθη, καὶ τῷ ε' ἔτει οἰκοδομεῖσθαι παρ' αὐτοῦ ἤρξατο.

Μετ' Οὐεσπασιανὸν Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη τρία. οὗτος πολιορκεῖ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ἐμπιπρᾷ, καθὼς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. οὗτος ἀπειλαῖς καὶ οὐ τιμωρίαις τοὺς ὑπευθύνους ἐφόβει. βασιλεύοντος γὰρ αὐτοῦ οὐ παρῆλθεν ἡμέρα ἐν ᾗ δῶρόν τι τῶν ὑπηκόων τινὶ ἢ εὐεργεσίαν οὐ
B παρέσχεν. ἔλεγε γὰρ βασιλέως εἶναι γνώμην τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἐν ταῖς αἰτήσεσιν εὐεπήκοον εἶναι. πάντας δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτῷ αἰτουμένους τι συνετίθετο ὅ τι καὶ βούλοιντο. καί τινος τῶν συνήθων ἐρωτήσαντος "ὅτου χάριν τοῦτο ποιεῖς, πολλάκις μὴ ἐκπληρῶν τὰς ὑποσχέσεις;" "οὐδένα" εἶπεν ὁ Τίτος "ἀπὸ βασιλέως δεῖ σκυθρωπὸν ἀποπέμπεσθαι." οὗτος ὁ Τίτος ὥρᾳ θέρους πανήμερον ὁδοιπορήσας καὶ αἱμορραγήσας διὰ τῶν μυκτήρων, ὑπὸ ἡλίου τε φλεχθεὶς καὶ πάνυ λειποθυμήσας, ἔτι ἐμπνέοντος

cedere iussit. atque ii libellum sparserunt, quo illi finem vitae ad certum tempus praedicebant. quam praedictionem exitus comprobavit, Vitellio a militibus occiso.

Vespasianus Neronis filius annos decem, dies octo imperavit. imperium ei delatum est in Palaestina, adhuc Iudaeorum urbes oppugnanti. is Iosephum historicum cepit. Romam proficiscens, cum esset ab exercitu imperator declaratus, Titum ad bellum in Palaestina gerendum reliquit. primo Vespasiani anno templum Capitolinum conflagravit, et quinto anno id reficere ipse coepit.

Vespasiano successit filius Titus, imperavitque annos tres. is expugnavit Hierosolyma, urbemque et templum incendit. is minis, non suppliciis sontes terrebat. nulla dies eo imperante abiit qua non aliquem subditorum dono aut beneficio aliquo afficeret: dicere enim solebat regium esse benefacere et precibus facile annuere. omnium qui ipsum compellarent petitionibus annuebat. et cum quidam familiarium percontaretur cur id faceret, cum tamen saepe promissa non impleret, respondit "quia ab imperatore nemo debet moestus discedere." hic Titus cum aestate totum diem iter fecisset, eique sanguis per nares erupisset, atque a sole ustus in animi deliquium incidisset, adhuc spi-

αὐτοῦ ἐνέβαλεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δομετιανὸς εἰς λάρνακα ξυλίνην χιόνος γέμουσαν ὡς δῆθεν θεραπεύσων, καὶ ἀπέκτεινεν. ὁ γοῦν θαυμάσιος Τίτος φιλοσοφώτατος καὶ εὐγλωττότατος καὶ πολεμικώτατος C καὶ μέτριος ἄγαν ὑπάρχων, καὶ ἀγαθοεργίᾳ πολλῇ καὶ σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ φρονήσει κοσμούμενος, ἐκδηλοτέραν ἅπασι πεποίηκε τὴν ἑαυτοῦ συμπάθειαν ἐν τῇ ἁλώσει τῆς Ἱερουσαλήμ. σφόδρα γὰρ ἐπένθησε τοὺς θεηλάτους Ἰουδαίους τότε, καὶ μᾶλλον τὸν θεῖον ναὸν πυρπολούμενον ὁρῶν ἐδάκρυσε, καὶ τὸν θεὸν ἐδυσώπησε τυχεῖν ἐλέους καὶ συγγνώμης, δι' οὗ οὐ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ταῦτα γεγόνασιν ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων θεοστυγῆ δυστροπίαν. ὅθεν δὴ μετὰ τὴν ἅλωσιν πρὸς τοὺς ἀνακηρύττοντας αὐτὸν νικητὴν καὶ τροπαιοῦχον διωθεῖτο τὰς ἀναρρήσεις, ὡς οὐκ αὐτὸς εἰργάσθαι ταῦτα φήσας, ἀλλὰ θεηλάτῳ καὶ θείᾳ ὀργῇ καθυπουργῆσαι καὶ τὰς χεῖρας ἐπιδεδωκέναι. κἀντεῦθεν D τοίνυν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ ταπεινοφροσύνην παγγέραστος καὶ πανεπέραστος γενόμενος οὕτως ἐτελεύτησε. τοσοῦτος δὲ θρῆνος ἐπὶ τῇ τελευτῇ αὐτοῦ κατέσχε τὴν Ῥώμην ὡς ἐν χρόνῳ πολλῷ τοῦτον ἀπομνημονεύοντες καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀναλογιζόμενοι δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους κλαίειν, ὥσπερ οἰκείῳ πάθει κατεχόμενος ἕκαστος.

Τῷ δευτέρῳ ἔτει τούτου μέγας ἐμπρησμὸς ἐν Ῥώμῃ ἐγένετο. καὶ τῆς συγκλήτου ψηφισαμένης Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη. οὗτος ὁ Τίτος ἐν δυσὶν ἔτεσιν παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ πᾶσαν ἐνέ-

16 πανεπίεργαστος P

rantem frater Domitianus in cistam ligneam nive plenam coniecit tanquam remedium adhibiturus, atque ita interfecit. ille igitur dignus admiratione Titus philosophia apprime formatus, eloquentissimus, bellicosissimus atque moderatissimus, beneficentiaque temperantia iustitia et prudentia insigni ornatus, in excidio maxime Hierosolymorum suam miserandi promptitudinem demonstravit. vehementer enim tunc a deo exagitatos deploravit Iudaeos; magisque etiam illacrimavit, cum aedem dei videret incendi; precatusque est a deo veniam, quod non sua haec voluntate, sed ob impiam Iudaeorum perversitatem evenirent. cumque urbe excisa eum sui victorem atque triumphalem praedicarent, respuit eas appellationes, dicens non se ista gessisse, sed divinae irae manus accommodasse ac administrum fuisse. inde cum virtute sua et animi demissione in honore et amore omnium esset, eo quo diximus modo interiit. tantus autem eius morte Romae luctus obortus fuit, ut multo tempore virtutes eius commemorantes atque reputantes publice et privatim per domos tanquam suo quisque infortunio accepto plorarent.

Anno eius secundo magnum fuit Romae incendium. ac S. C. Titus deus appellatus est. is Titus biennali obsidione Hierosolyma cepit eamque totam cremavit atque delevit, templumque incendit, sicuti dominus

P 218 πρησε καὶ ἠφάνισε, καθὼς εἴρηται, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε κατὰ τὴν τοῦ κυρίου προαγόρευσιν. εἰπόντων γὰρ τῶν μαθητῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, ἔφη "ταῦτα πάντα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται. ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην τὴν Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ στρατοπέδων, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη καὶ ὀργὴ τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ πεσοῦνται ἐν στόματι ῥομ-
B φαίας, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη. καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν. καὶ ἔσται θλῖψις τοιαύτη οἵα οὐ γέγονε πώποτε, οὐδ' οὐ μὴ ἔσται." ταῦτα δὲ πάντα πεπόνθασιν οἱ ἐχθροὶ τῆς ζωῆς αὐτῶν Ἰουδαῖοι, κυριευθέντες ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἀπωσάμενοι Χριστὸν τὸν βασιλέα τοῦ παντὸς καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν δυσσεβῶς ἐπισπασάμενοι, κράζοντες "οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα" καὶ "τὸ αἷμα Χριστοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν." διὸ καὶ μέχρι τῆς συντελείας τὴν εἰς τὰ ἔθνη πάντα διασπορὰν καὶ ταλαιπωρίαν ἕξουσιν αὐτῶν τὰ τέκνα, καθά-
C περ τινὲς δραπέται μαστιγίαι, μηδὲν τῶν νομίμων ἐπιτελεῖν δυνάμενοι. ὑποφόρους γὰρ ἔχοντες αὐτοὺς Ῥωμαῖοι οὐκ ἐῶσι τοῖς ἰδίοις κεχρῆσθαι δικαιώμασιν, ἐπειδήπερ ἑκουσίως ἐπεσπάσαντο τὴν δουλείαν, εἰπόντες "οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα" καὶ "ἐὰν μὴ ἀποκτείνωμεν τὸν Χριστόν, πάντες εἰς αὐτὸν πιστεύσουσι,

praedixerat. cum enim ei discipuli dicerent templum pulchris lapidibus et donariis esse exornatum, dixit (Matth. 24 et Luc. 21) "tempus erit cum de hoc quod videtis templo, non supererit lapis altari lapidi iunctus. cum autem cingi exercitibus Hierosolyma videbitis, tum cogitatote appetiisse eius excidium. vae autem praegnantibus et lactantibus isto tempore. magnam enim ira dei necessitudinem huic populo immittet; et cadent acie ferri, ac captivi abducentur ad omnes gentes, conculcabiturque Hierosolyma a barbaris, donec tempus gentium impleatur. tantaque erit calamitas quanta neque prius exstitit neque postea existet." haec omnia perpessi sunt hostes suae ipsorum vitae Iudaei, a Romanis in servitutem acti, quod regem universi Christum respuerant, Romanoque imperio impie sese subiecerant clamando (Matth. 27) "regem praeter Caesarem nullum habemus," item "sanguis Christi nobis nostrisque imputetur liberis." itaque etiam ad extremum usque posteritas eorum per nationes dispergetur et affligetur, instar fugitivorum et notis compunctorum servorum, nihilque secundum legem agere iis permittetur. Romani enim cum eos habeant stipendiarios, non sinunt propriis uti legibus, ideo quia ultro iis se in servitutem addixerant, cum vociferarentur se non alium habere regem quam Caesarem. item (Ioan. 11) "nisi Christum occidamus, omnes ei fidem adhibebunt, venientque Ro-

καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος." οἵ γε καὶ ἄκοντες προεφήτευσαν. καὶ γὰρ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τὰ ἔθνη, καὶ αὐτοὶ τὴν ἐξουσίαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀφῃρέθησαν καὶ τὴν λατρείαν, κεκωλυμένοι δέ εἰσι καὶ ἀναιρεῖν οὓς θέλουσι καὶ θύειν ὅτε βούλονται. διὸ καὶ ἐπικατάρατοί εἰσι, μὴ δυνάμενοι ποιεῖν τὰ διατεταγμένα· "ἐπικατάρατος" γάρ φησι D "πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά." ἀδύνατον δέ ἐστιν ἐν διασπορᾷ μεταξὺ ἔθνους ὄντας πάντως ἐπιτελεῖν αὐτοὺς τὰ τοῦ νόμου καὶ τὴν λατρείαν ἐν ἑνὶ τόπῳ περιγεγραμμένην, ὡς ἐν λόγῳ κυρίου Μωϋσῆς διετάξατο.

Τί οὖν πρὸς ταῦτα φατέ, ὦ Ἰουδαῖοι; καὶ τί τὸ αἴτιον τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ὑμᾶς κατειληφότων κακῶν; ἆρά γε συνήκατε ὅτι οὐκ εἰς ὁμόδουλον ἀλλ' εἰς θεὸν προσκεκρουκότες εἰκότως ταῦτα πεπόνθατε καὶ ἀσύγγνωστα πάσχετε; Ἡσαΐας γὰρ P 219 περὶ ὑμῶν ἐκ προσώπου θεοῦ φησίν "υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. καὶ τί ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου, καὶ οὐκ ἐποίησα αὐτῷ; διότι ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. καὶ ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην ἀλλὰ κραυγήν." ποίας δὲ ἀκάνθας λέγει καὶ ποίαν ἀνομίαν καὶ κραυγήν; ἢ δηλονότι, αἷσπερ ἐστεφανώσατε αὐτὸν ἀνόμως ἐπὶ τοῦ πάθους, κράζοντες "ἆρον, ἆρον, σταύρω-

mani et urbem gentemque nostram subigent." et quidem non sponte suà, tamen vaticinati sunt: nam et nationes Christum fide sunt amplexi, et ipsis Romani imperium cultumque sacrorum eripuerunt, et neque interficere iis licet quos volunt, neque sacrificare quoties cupiunt. quo fit ut exsecrationi sint obnoxii, cum obire ea quae legibus iubentur non possint. ita enim lex ait (Deut. 27) "exsecratus esto quicunque non omnia quae in libro legis scripta sunt, observat atque praestat." iam fieri nullo modo potest ut qui hinc inde per populos dispersi sint, ii omnem dei cultum lege Mosaica praescriptum eumque uni loco affixum obeant.

At vos, Iudaei, quid ad haec dicitis? quae causa est tot tantorumque malorum quae vobis evenerunt? intelligitisne eam esse, quod non in conservum sed in ipsum deum offendistis, ideoque tam graves sine venia poenas penditis? nam Esaias quidem de vobis sub persona dei sic loquitur (cap. 1) "filios genui et extuli, ipsi autem me spreverunt." item (cap. 5) "quidnam restat quod adhuc in veniam istam laboris impendam, quod nondum impenderim? exspectavi dum uvas produceret: ecce autem spinas protulit. exspectavi dum iuste agerent, sed iniustitiam illi et vociferationem ediderunt." quas vero spinas et quam iniustitiam ac quem clamorem notat? nimirum spinas ex quibus contextam ei coronam inter iniusta supplicia imposuistis, vociferantes "tolle, tolle,

σον αὐτόν." ὡς καὶ ἐπὶ Ἱερεμίου "ἐγένετο ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ. ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, καὶ B διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν." καὶ Σολομῶν λέγει "ἐξέλθετε, θυγατέρες Σιών, καὶ ἴδετε ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ." μητέρα μὲν αὐτοῦ κατὰ σάρκα λέγει τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν· "σάρξ μου" γάρ φησιν "ἐξ αὐτῶν." ἡμέρα δὲ νυμφεύσεως αὐτοῦ, καθ' ἣν τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐνυμφεύσατο ἐκκλησίαν. ἡ δὲ ματαιόφρων ἐκείνη συναγωγὴ στέφανον ἐξ ἀκανθῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ θεῖσα ἐμπαίζουσα αὐτῷ ἔλεγε "χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων." πρὸς οὓς ἀποτεινόμενος Ἡσαΐας ἐπιπληκτικώτερον ἔφη "ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε; καὶ ἐπὶ τίνι ἐχαλάσατε τὴν γλῶτταν ὑμῶν, τέκνα ἀπωλείας καὶ σπέρμα ἄνομον;" ὅθεν αὐτὸς ὁ κύριος δι' Ὠσηὲ τοῦ προφήτου C σχετλιαστικῶς εἶπεν "οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ. δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμὲ καὶ πονηρὰ εἰς ἐμὲ ἐλογίσαντο. καὶ διὰ τοῦτο κατεπόθη Ἰσραὴλ καὶ εἰς οὐθὲν ἐγένετο, καὶ ὅτι ὥσπερ σκεῦος ἄχρηστον ἐν τοῖς ἔθνεσιν." καὶ διὰ Ἱερεμίου πάλιν φησί "παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε, καὶ γνώσῃ ὅτι πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν σε ἐμέ." ὁ δέ γε θεῖος Δαβίδ, ὥσπερ διαπριόμενος καθ' ὑμῶν, ἐπαρᾶται πρὸς τὸν παροινηθέντα κύριον λέγων "σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον. ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου

D φωτὸς κατεσκευασμένην ἔχων ἐπιγραφὴν δι' ἀστέρων "ἐν τούτῳ νίκα." ἐν ὁράματι δὲ τῆς νυκτὸς ἐφίσταται αὐτῷ ὁ κύριος, λέγων "χρῆσαι τῷ δειχθέντι σοι σημείῳ, καὶ νίκα." τότε σταυρὸν χρυσοῦν σχεδιάσας, ὅς ἐστι μέχρι καὶ νῦν, ἐκέλευσε προάγειν ἐν τῷ πολέμῳ· καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττήθησαν οἱ περὶ Μαξέντιον, καὶ τοῦ πλήθους ἀναιρουμένου Μαξέντιος σὺν τοῖς λοιποῖς τῇ γεφυρᾷ ἐπέβη φεύγων, ἥτις θείᾳ δυνάμει διαρραγεῖσα ἐν τῷ ποταμῷ πάντας κατεπόντισεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι λυτρωθέντες τῆς τοῦ πονηροῦ Μαξεντίου τυραννίδος, τὴν πόλιν στεφανώσαντες, εἰσε-

5 ὑποκρινομένῳ P

bant. gravidarum quoque foetus exsecabant, iisque ad divinationem utebantur, rapinis caedibus aliisque flagitiis dediti.

Mortuo Severo Romani Licinium Caesarem creant in gratiam Constantini, cuius sororem Constantiam uxorem is habebat, falsoque simulabat se Christianum. at Maxentii atroces erant in Romanos iniuriae, facultates uxores filiasque eorum rapientis, varieque ipsos trucidantis, daemonibusque ad quaevis flagitia obeunda obtemperantis. ideo Romani Constantinum missis legatis adversus Maxentium evocaverunt. Maxentius fluvium qui Romam praeterfluit, ponte ex navibus confecto iunxit, castraque castris Constantini opposuit. Constantino praestigias Maxentii metuenti, ideoque gravi sollicitudine detento, sexta diei hora venerabilis crux ex luce apparuit cum inscriptione ex stellis facta "in hoc vince." noctu quoque ei dominus apparuit adstans, promittensque ei, si demonstrato uteretur signo, victoriam. itaque Constantinus auream crucem, quae etiamnum exstat, tumultuario opere confectam praeferri in pugnam iussit; eaque commissa victus est Maxentii exercitus, ac plerique occisi. ipse cum reliquis fugiens Maxentius cum in pontem venisset, is divina vi ruptus universos in fluvium deiecit atque submersit. Romani tyrannide scelerati Maxentii liberati urbem coronis ornant, vi-

δέξαντο μετὰ χαρᾶς τὸν νικητὴν Κωνσταντῖνον σὺν τῷ νικοποιῷ σταυρῷ, σωτῆρα αὐτὸν ἀνευφημοῦντες.

Τῷ ζ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τῆς P 271 Ῥώμης κρατήσας πρὸ πάντων τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων τῇ ὁσίᾳ ταφῇ παρέδωκε, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις ἀνεκαλέσατο. καὶ ὑπὸ Σιλβέστρου τοῦ ὁσιωτάτου πάπα Ῥώμης βαπτίζεται καὶ τῆς λώβης ἐξελευθεροῦται τρόπῳ τοιῷδε· εἰς Ῥώμην εἰσελθὼν μετὰ τὴν κατὰ Μαξεντίου νίκην ζητεῖ ἰατροὺς θεραπευθῆναι τῆς νόσου. καὶ δὴ Ἰουδαῖοί τινες ἔρχονται λέγοντες ὅτι κολυμβήθραν χρὴ ποιῆσαι ἀφ' αἵματος ὑπομαζίων βρεφῶν καὶ ἐν αὐτῇ λουσάμενον καθαρισθῆναι. συνάγονται οὖν τὰ βρέφη μετὰ τῶν μητέρων. καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς τῶν μητέρων ὀδυρμοὺς καὶ τὰς τῶν τριχῶν ἐκκοπὰς καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς ἐκ ψυχῆς ὀδυνωμένοις ἐστί; ταῦτα ἰδὼν B ἐκεῖνος καὶ σύνδακρυς γενόμενος εἶπε "καλόν ἐστι μᾶλλον ἐμὲ μόνον κακῷ μόρῳ ἀποθανεῖν ἢ ταῦτα τὰ βρέφη. ἀλλὰ καὶ τίς οἶδεν τὸ τέλος ὁποῖον;" ταῦτα εἰπὼν καὶ τὰς μητέρας δώροις φιλοφρονησάμενος ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. ταύτῃ τοι καὶ κατ' ὄναρ ὁρᾷ τοὺς δύο μεγάλους ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον προτρεπομένους αὐτὸν Σίλβεστρον ζητῆσαι τὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως· "καὶ αὐτὸς ὑποδείξει σοι κολυμβήθραν δι' ἧς τῆς τε ψυχῆς τὰς νόσους καὶ τοῦ σώματος θεραπευθήσῃ." ἔρχεται οὖν ὁ Σίλβεστρος διὰ τοὺς ἐπικειμένους διωγμοὺς ἐν φυγαδείᾳ τελῶν, καὶ βαπτίζει κατηχήσας τοῦτον. εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς θείας κολυμβήθρας ἀνερχομένου

ctoremque Constantinum laeti in eam recipiunt, una cum cruce victoriae datrice, servatoremque eum faustis acclamationibus praedicant.

Septimo imperii sui anno magnus Constantinus Roma potitus nihil antiquius habuit quam reliquias sanctorum martyrum honeste sepelire et exsules revocare. tunc etiam a Silvestro sanctissimo Romae papa baptizatus lepraque hoc pacto liberatus est. cum victo Maxentio Romam intrasset, medicos ad se convocat qui morbum depellerent. ecce autem Iudaei quidam imperatorem accedunt, qui lavacrum lactentium puerorum sanguine impleri in eaque ablui iuberent, ita lepra liberandum. conducuntur itaque eius rei causa infantes cum matribus; quarum eiulatus, crinium evulsiones, aliaque qualia intimus dolor hominibus exprimit, quid referre attinet? sane Constantinus ista videns ipse quoque illacrimavit, dixitque "praestat me solum male mori quam istos infantes, praesertim incerto rei exitu." simulque his dictis matres benigne donatas indemnes dimisit. mox per insomnium vidit duos magnos illos apostolos Petrum et Paulum, a quibus monebatur uti urbis episcopum Silvestrum requireret: ab hoc ei lavacrum demonstratum iri, quod et animae et corporis mala posset eluere. redit ergo Silvester Romam, qua ob ingravescentes persecutiones exsulaverat, et Constantinum Christianae religionis doctrina imbuit, atque baptizat. qui cum de sacro adscenderet lavacro, illico corpore eius quaedam squamas piscium similitudine attin-

C τοῦ Κωνσταντίνου ἐξέπεσον ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, καὶ ἐκαθαρίσθη, καὶ γέγονεν ὅλον ὑγιὲς ὡς παιδαρίου μικροῦ. τοῦτο ἰδόντες οἱ λαοὶ ἐβαπτίσθησαν ἄπειροι, καὶ Κρίσπος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου.

Οἱ δὲ λέγοντες ἐν Νικομηδείᾳ κατὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον βαπτισθῆναι ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας τοῦ Ἀρειανοῦ ψεύδονται. φασὶ γὰρ ἀναβάλλεσθαι αὐτὸν τὸ βάπτισμα διὰ τὸ ἐλπίζειν αὐτὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτισθῆναι. τί γὰρ ἦν αὐτῷ καὶ ἐμποδὼν, τὸν Γαλλέριον ἐν τῇ ἀνατολῇ καταπολεμοῦντι καὶ εἰς Περσίαν πάλιν ἐκ δευτέρου εἰσελθόντι, μὴ ἀπελθεῖν καὶ βαπτισθῆναι ἐν τῷ
D Ἰορδάνῃ; ἀλλὰ καὶ τὸ ὡς νόθον διαβάλλειν αὐτὸν πάσης κακίας ἐστίν. ἡ γὰρ γενεὰ αὐτοῦ βασιλικὴ ὑπῆρχε καὶ πρὸ Διοκλητιανοῦ. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κωνστάντιος θυγατριδοῦς ἦν Κλαυδίου τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκ τῆς Ἑλένης τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, καθὼς λέλεκται.

Τούτου οὖν βαπτισθέντος μεγάλα θαυμάσια ἐποίησεν ὁ θεὸς διὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Σιλβέστρου. πάντα δὲ παρεὶς ἓν μόνον φράσω. ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ῥώμης, βαθμοὺς ἔχοντι τριακοσίους ἑξηκονταπέντε, ἐν τῇ καταδύσει τῶν βαθμῶν καὶ τῶν θεμελίων δράκων
P 272 ᾤκει παμμεγέθης, ᾧ ἐθυσίαζον καθ' ἡμέραν Ἕλληνες. εἰ δ' οὔ, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπιπίπτων πολλοὺς ἐλυμαίνετο. ἐκεῖσε Σίλβεστρος καταβάς, καὶ οἰκίσκον μικρὸν ἔχοντα πύλας χαλκᾶς εὑρὼν οὗ ἦν

9 τῷ Γαλλερίῳ P

gentia deciderunt, fuitque purgatus, et totus ita mundus ut solet mundus esse infans recens natus. id cum videret populus, ingens multitudo baptizata est, atque etiam Crispus Constantini filius.

Qui autem dicunt Constantinum morte demum appropinquante ab Eusebio Nicomediae episcopo Ariano fuisse Nicomediae baptizatum, errant. dicunt ab eo baptismum dilatum, quod speraret se in Iordane baptizatum iri. quid vero obstabat cur non iam tum in Iordane baptizaretur, cum et Gallerium in Oriente debellaret et denuo in Persiam proficisceretur? iam quod eum nonnulli spurium calumniantur, extremae est improbitatis, cum eius stirps imperatoria fuerit etiam ante Diocletianum. pater enim magni Constantini fuit Constantius, filia Claudii imperatoris natus: is ex prima sua uxore Helena Constantinum sustulit, veluti indicatum a nobis fuit.

Baptizato Constantino deus per beatum Silvestrum magna edidit miracula; de quibus omnibus unicum commemorabo. ad fundamenta Capitolii Romae, descensu graduum 365, inferne habitabat draco quidam, cui Graeci quotidie rem sacram faciebant. absque enim hoc esset, subito irruens multos laedebat. eo Silvester descendit, et inventa exi-

ὁ δράκων, κλείσας τὰς θύρας τῇ ἐπικλήσει Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦτον ἀπέκτεινε.

Τῷ θ' ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου Μητροφάνης ἐπίσκοπος Βυζαντίου δ' γέγονε. ταῦτα τοίνυν ὁ τῆς ἑῴας Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἀκούσας τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνῆκε πόλεμον. ἐν τῷ ι' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος σὺν Λικινίῳ Καίσαρι κατὰ τοῦ Γαλλερίου ἀθροίζει πόλεμον, καὶ τούτους τρεψάμενος πάντας κατασφάττει. αὐτὸς δὲ ὁ Γαλλέριος τὸ διά- B δημα ῥίψας καὶ μετ' ὀλίγων εὐνουστάτων διαδρὰς ἀπὸ κώμης εἰς κώμην ᾤχετο, καὶ τοὺς ἱερεῖς τῶν εἰδώλων καὶ μύστας καὶ προφήτας καὶ μάντεις ὡς ἀπατεῶνας κατέσφαξεν. ἐν δὲ τῷ ια' ἔτει μέλλοντος κρατηθῆναι τοῦ Μαξιμιανοῦ ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, προλαβοῦσα θεία ὀργὴ κατέλαβεν αὐτόν· φλὸξ γὰρ ἀπὸ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ καὶ μελῶν ἀναφθεῖσα ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκπηδῆσαι πεποίηκεν, αἱ δὲ σάρκες αὐτοῦ σαπεῖσαι τῶν ὀστέων ἐξέπεσον, καὶ οὕτω διατεθεὶς τὴν θεομάχον αὐτοῦ ἀπέρρηξε ψυχήν. τῷ αὐτῷ δὲ τρόπῳ καὶ Μαξιμῖνος ὁ τοῦ C μιαροῦ μιαρώτατος υἱός, μυρία ὅσα καὶ ἄρρητα κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπινοήσας, ἀναριθμήτοις κακοῖς ὑπεβλήθη, καὶ νόσοις παρὰ φύσιν καὶ πληγαῖς ἐξαισίαις ποινηλατούμενος ἐξέψυξε.

Τῷ ιβ' ἔτει Λικίνιον διαθήκας ἀπαιτήσας τοῦ μηδὲν κατὰ Χριστιανῶν πράττειν κακόν, βασιλέα ἀναγορεύει καὶ ἀφορίσας μοῖραν τῆς Ῥωμαίων γῆς δίδωσιν. ἐντεῦθεν ὁ κατὰ Χριστιανῶν

gua cella, quae aereis apta erat foribus, has obdens in nomine Iesu Christi draconem interfecit.

Nonum annum imperante Constantino, Metrophanes IV episcopus Byzantii creatus est. haec cum in Oriente Maximianus Gallerius audivisset, bellum adversus Christianos movit. decimo anno sui imperii, Constantinus magnus et Licinius Caesar contra Gallerium arma paraverunt. et Constantinus fuso exercitu Gallerii, universos occidit. ipse Gallerius proiecto diademate, cum paucis fidissimis fuga elapsus, a pago ad pagum discurrit, sacerdotesque simulacrorum, mystas, vates et ariolos ut impostores trucidavit. undecimo anno, cum iam Constantinus Maximianum esset in suam potestatem redacturus, dei ira imperatoris conatum corripiendo isto antevertit. flamma enim ex intestinis Gallerii et membris exorta, utrumque ei oculum elisit: carnesque ab ossibus deciderunt. sic ille affectus, deo adversantem animam egit. eodemque modo Maximinus, scelerosi huius sceleratissimus filius, qui infinita et ineffabilia contra Christianos excogitaverat, innumeris poenis subiectus, morbisque innaturalibus et inauditis miseriis excarnificatus obiit.

Duodecimo anno Licinium, cum is pacto icto stipulatus esset, nihil se contra Christianos tentaturum, imperatorem declaravit, partemque ei Romani imperii attribuit. tunc dei beneficio vexatio Christianorum

χάριτι θεοῦ πέπαυται διωγμός. ἐπὶ τούτου τοῦ Λικινίου ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Θεόδωρος.

Τῷ ιδ' ἔτει μονοκράτωρ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος πάσης τῆς D Ῥωμαίων γῆς γενόμενος πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν εἰς θείας φροντίδας μετήγαγεν, ἐκκλησίας ἀνεγείρων καὶ φιλοτίμως ταύτας πλουτίζων. γράφει δὲ καὶ πρῶτον νόμον, τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις ναοῖς, δεύτερον Χριστιανοὺς μόνους στρατεύεσθαι ἐθνῶν τε καὶ στρατοπέδων ἄρχειν, τοὺς δὲ ἐπιμένοντας τῇ εἰδωλολατρείᾳ κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι, τρίτον τὰς πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν, τήν τε πρὸ τοῦ πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτήν. τὰ δὲ τῶν πηχῶν τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνομοθέτησεν ἀναφέρεσθαι, καὶ οὐκ ἐν τῷ Σαράπιδι, ὡς εἴθιστο τοῖς Ἕλλησιν. ἀλλὰ δέον ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου διαλέξεως ὀλίγα τινὰ εἰπεῖν.

P 273 Τῷ δ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου διάλεξις γέγονεν ἐν Ῥώμῃ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων. καὶ τῶν μὲν Χριστιανῶν ὁ μέγας ἡγεῖτο Σίλβεστρος πάπας ὢν τῆς Ῥώμης, Ἰουδαίων δὲ σὺν ἄλλοις πλείστοις νομομαθέσι καὶ Ζαμβρῆς ὁ μάγος, Ἑβραῖος καὶ γόης, ἐν ᾧ πᾶσαν τὴν πεποίθησιν εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι. λέγουσι τοίνυν Ἰουδαῖοι "ἐκλέξασθε δώδεκα Χριστιανούς, οἵτινες ὀφείλουσι δικαιολογηθῆναι ἡμῖν." ὁ δὲ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἡμεῖς εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν ἀφορῶμεν. εἷς γάρ ἐστιν ᾧ λέγομεν 'ἀνάστα ὁ θεός, δίκασον τὴν δίκην σου.'

finita est. sub hoc Licinio b. Theodorus martyr passus est supplicium.

Anno decimo quarto Constantinus, cum ad ipsum unum omnis imperii potestas devenisset, omnes suas cogitationes ad sacras res convertit, templa exstruxit, ac magnifice ditavit. tulit etiam leges. prima fuit, ut fana simulacris consecrata Christo dedicatis templis addicerentur. secunda: soli Christiani militent, nationibusque et exercitibus imperent. qui in cultu falsorum deorum perseverat, capite plectatur. tertia: per duas septimanas, quarum altera antecedit, altera sequitur pascha, feriae sunto. mensuram quoque cubitorum adscensionis Nili, iussit in templum referri, non (ut solebant Graeci facere) in fano Serapidis. verum hoc loco oportet pauca quaedam de S. Silvestri colloquio inserere.

Annus erat quartus imperii Constantini magni, cum Romae inter Christianos et Iudaeos colloquium fuit. Christianorum causam agebat Silvester ille magnus, papa Romanus, Iudaeorum, inter plurimos alios legis peritos Zambres rem tuebatur magus, Ebraeus impostor, in quo Iudaei omnem spem suam reposuerant. Iudaei: eligite duodecim Christianos, quos apud nos oportet causam dicere. Silvester: nos de potentia dei pendemus. unus enim est, quem sic compellamus. "surge, deus, et causam tuam assere." quanto enim magis nobis humani auxilii de-

ὅσον γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων βοηθείας ὑστερούμεθα, τοσοῦτον τῇ B
τοῦ θεοῦ δυνάμει στηριζόμεθα." πρὸς ταῦτα Ἀβιάθαρ Ἰουδαῖος ἔφη "τοῦτο τὸ ῥητὸν ὁ ἡμέτερος ἔφη προφήτης." καὶ ὁ ἅγιος Σίλβεστρος "πάντα σήμερον ἐνταῦθα ἐκ τῶν ὑμετέρων βίβλων προσενεγκεῖν ἔχομεν καθ' ὑμῶν αὐτῶν· τότε γὰρ λαμπρὰ γίνεται νίκη, ὅταν τὸ ἐξ ἐναντίας μέρος τῇ τῶν οἰκείων διδασκαλιῶν αὐθεντίᾳ ἡττηθῇ." ὁ βασιλεὺς ἔφη "αὕτη δικαία ἡ κρίσις, ἐν ᾗ καταναγκάζεται ἕκαστος τῇ τῆς ἰδίας θρησκείας αὐθεντίᾳ ἡττᾶσθαι." Ἀβιάθαρ εἶπε "τοῦ παντοκράτορος θεοῦ, τοῦ ἡμετέρου λέγω, ἰδίῳ στόματι λέγοντος 'ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι θεός, καὶ οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ,' πῶς αὐτοὶ λέγουσι τρεῖς ὀφείλειν προσ- C
κυνεῖσθαι, πατέρα, ὅντινα καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, υἱόν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρωσαν, τρίτον πνεῦμα τὸ ἅγιον; τρεῖς οὖν προσκυνοῦντες τούτῳ τῷ εἰρηκότι ἕνα μόνον εἶναι θεὸν ἐξ ἀνάγκης προσκρούουσιν." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἡμεῖς ἕνα θεὸν σέβομεν καὶ ὁμολογοῦμεν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔρημον αὐτοῦ τὴν θεότητά φαμεν ὥστε μὴ ἔχειν ἀγαλλίασιν υἱοῦ. υἱὸν δὲ αὐτοῦ τοῦτον λέγομεν περὶ οὗ ὁ ὑμέτερος προφήτης εἶπε 'τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.' υἱὸν δὲ ἐκεῖνον λέγομεν πρὸς ὃν διὰ τοῦ ὑμετέρου προφήτου ὁ πατὴρ βοᾷ λέγων 'υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ D
σήμερον γεγέννηκά σε.' θεὸς δὲ χθὲς καὶ σήμερον, οὐκ ἔχει τέλος, ἐπειδὴ ὑπέρχρονός ἐστιν. ἄναρχος οὖν ὑπάρχει· ἄναρχος

est, tanto plus in divino auxilio fiduciae reponimus. ad haec Abiathar Iudaeus: haec, inquit, verba sunt nestri vatis. subiecit Silvester: nos hodie omnia quae adversus vos proponemus, ex vestris libris statuimus proferre. tunc enim illustris est victoria, cum adversa pars suae ipsorum doctrinae auctoritate vincitur. imperator pronuntiavit iustum id esse iudicium, cum alterutra pars suae quam profitetur religionis auctoritate cogitur se victam ostendere. Abiathar: suo ore dixit omnipotens noster deus (Deut. 32 Esa. 45. 46) "videte, videte. ego sum deus, neque alius est praeter me deus." quomodo ergo Christiani aiunt tres esse adorandos? patrem, in quem et nos confidimus, filium, quem maiores nostri in crucem egerunt, ac tertium spiritum sanctum? ergo necesse est ut cum illi iubeant tres adorari, hunc offendant qui se unicum esse deum dixit. Silvester: nos unicum deum et colimus et profitemur. neque tamen ita desertam censemus deitatem ut non habeat filium quo gaudeat. iam filium eius hunc esse dicimus, de quo vates vester ait (Psal. 32): verbo domini caelos esse fundatos, omnemque eorum vim spiritu oris eius. hunc filium appellamus, quem apud vatem vestrum pater sic alloquitur (Psal. 2) "tu es filius meus, ego te hodie genui." atqui deus cum temporis expers sit, quippe eo praestantior, hodiernum aut crastinum in se nihil habet. quo conficitur et filium et patrem quoque, sine

ἄρα καὶ ὁ πατήρ. ἐπεὶ τίνι εἶπε 'ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν;' εἰ γὰρ εἴρηκε 'ποιήσω ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐμήν,' ἐδόκει ἂν τὸ τῆς μονότητος αὐτοῦ σημαίνειν. τὸ δὲ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν σαφῶς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὴν ἰσότητα ἐσήμανεν. οὐ γὰρ μεῖζόν τι προσλαβεῖν δύναται, ἐπειδὴ ἡλικίας αὔξησιν οὐκ οἶδεν· ἐλάττωσιν πάλιν οὐ δέχεται." Ἰωνᾶς ῥαβὶς εἶπεν "ἀνθρωπίνῳ P 274 λογισμῷ οὐκ ἔστι δεκτέα ἡ πίστις. ποῖον γὰρ θεὸν συμβουλεύει οὗτος πιστευθῆναι, ὃν καὶ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὁμολογεῖ;" ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ὅταν ἀναγνῷς ἐν ταῖς βίβλοις περὶ μὲν τοῦ πατρός, ἡνίκα λέγει περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ 'υἱός μου εἶ σύ,' ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ 'αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, πατήρ μου εἶ σύ,' τότε εἴσῃ σαφῶς τὸ λεγόμενον, καὶ οὐδὲν ξένον περὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὑπολάβῃς λέξειν ἡμᾶς. περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἄκουε πάλιν τοῦ προφήτου σου λέγοντος καὶ εὐχομένου 'τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.' καὶ πάλιν ὁ αὐτός 'καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐ- B τῶν,' τουτέστι τῶν οὐρανίων δυνάμεων." Κωνσταντῖνος Αὔγουστος εἶπε "θαυμάζω τῶν Ἰουδαίων τὸ ἀναίσχυντον· ἀπὸ πασῶν γὰρ τῶν οἰκείων γραφῶν πολυτρόπως ἡττώμενοι ἀκμὴν θέλουσί τινα κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιζητεῖν. ὅθεν ἐπεὶ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ ἱκανὸν γέγονεν, εἴ τι ἕτερα εἰσὶ δεικτέα, προσφερέσθωσαν." Γοδολίας Ἰουδαῖος εἶπεν "ἡμεῖς περὶ ἐκείνου λέγομεν τοῦ τεχθέντος, τοῦ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αὐτοῦ

principio esse. ad quem enim dixit (Gen. 2) "faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram?" nam si dixisset faciam, poterat videri unitatem suam innuere. cum autem dixit "secundum nostram imaginem," perspicue filium eumque sibi aequalem indicat. nihil enim se maius accipere potest, cum magnitudinis incrementum non admittat; ac ne minus quidem aliquid adsciscit. Rabi Ionas: humanae ratiocinationi non est adhibenda fides. qualem enim consulit ea deum credi, qui et pater dicatur et filius et spiritus? Silvester: cum in sacris literis legis de patre suum filium compellante (Psal. 2) "filius meus es tu," et alibi "is me patrem suum invocabit," tunc evidens tibi fiet quod dicimus, neque suspicaberis nos de sacra trinitate aliquid novi dicere. de spiritu autem sancto, rursum audi vatem tuum inter precandum sic dicentem (Psal. 50) "spiritum tuum sanctum ne auferas a me" et alibi (Psal. 32) "spiritu oris eius omnis illorum vis." loquitur autem de potestatibus caelestibus. Constantinus Augustus dixit: miror Iudaeorum impudentiam, qui multis modis ex universa sua scriptura convicti, tamen adhuc contra veritatem aliquid volunt conquirere. proinde quia de patre filio et spiritu sancto satisfactum est, proferant, si qua habent alia. Godolias Iudaeus: nos, inquit, de eo loquimur, qui natus fuit, qui, ut in eius

ἀναγεγραμμένου ηὐξηκέναι τε ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, καὶ πειρασθέντος παρὰ τοῦ διαβόλου, μετὰ δὲ ταῦτα πραθέντος παρὰ τοῦ οἰκείου μαθητοῦ, παραδοθέντος, κρατηθέντος, ἐμπαιχθέντος, φραγε- C λωθέντος, χολὴν σὺν ὄξει ποτισθέντος, ἀκάνθαις στεφανωθέντος καὶ γυμνωθέντος, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐσθῆτος ἐν κλήρῳ δοθείσης ἐπὶ σταυροῦ παγέντος, ἀποθανόντος καὶ ταφέντος." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ταῦτα πάντα ὡς προκηρυχθέντα ἐγράφη περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τῶν προφητῶν, σήμερον ἐπιδείξομεν. Ἡσαΐας γὰρ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως προείρηκεν οὕτως 'ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.' ὅτι δὲ καὶ ἀνθρώποις συναναστραφήσεται, ἄκουε τοῦ προφήτου Ἱερεμίου 'οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθή- D σεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.' ὅτι δὲ καὶ πειρασθήσεται ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ νικήσει αὐτόν, Ζαχαρίας ὁ προφήτης λέγει 'εἶδον Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα, καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. [illegible] εἶπε πρὸς αὐτόν, ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε.' ὅτι δὲ [illegible]ρατηθήσεται, ἡ σοφία διὰ Σολομῶντος λέγει 'εἶπον ἐν ἑαυτο[illegible]ῖ ἀσεβεῖς, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστίν.' [illegible] δὲ καὶ παρὰ μαθητοῦ προδοθήσεται, λέγει ὁ ψαλμῳδός '[illegible]θίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμ[illegible] ἐκδοθήσεται καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐν P 275

evangeliis des[illegible]itur, statura et sapientia crevit; qui a diabolo tentatus, postea [illegible]poris a suo proditus discipulo, traditus, captus, illusus, flagellatus, [illegible]e mixtum acetum potatus, spinis coronatus, nudatus, vestibus suis [illegible]e divisis, ipse cruci affixus, mortuus et sepultus est. Silvester: [illegible]ie demonstrabimus haec a vatibus de Christo omnia esse praedic[illegible]c praescripta. de nativitate Christi Esaias (Esa. 7) "ecce virgo [illegible]m feret, et filium pariet, cuius nomen dicetur Emmanuel." quod [illegible]m inter homines fuerit versaturus, audi Baruchum vaticinantem ([illegible]uch. 3) "hic est deus noster, neque alius respectu eius reputabitur[illegible]ic invenit omnem viam scientiae, et eam tradidit Iacobo filio [illegible] Israelo dilecto sibi. post haec in terris visus est interque homi[illegible] versatus." quod autem fuerit a diabolo tentandus et eum superaturus, Zacharias vates ita praedicit (Zach. 3) "vidi Iesum sacerdotem magnum stantem, adstabatque ad eius dexteram diabolus, ut ipsum tentaret. dixitque ei Iesus: diabole, dominus te increpet." comprehensum iri sapientia verbis Solomonis ostendit (Sap. 2) "dixerunt inter se impii, vinciamus iustum, quia nobis est incommodus." prodendum a discipulo suo, praedixit Psalmorum auctor (Psalm. 40) "is qui meo vescitur pane, calcem mihi impegit." idem vaticinatus est vestibus Christum

κλήρῳ δοθήσεται, προείρηκεν ὁ αὐτὸς προφήτης λέγων 'διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.' ὅτι δὲ καὶ παρὰ ψευδομαρτύρων κατηγορηθήσεται, ὁ αὐτὸς προφήτης εἶπεν 'ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι.' ὅτι δὲ καὶ ἀκάνθαις στεφανωθήσεται, προείρηκεν Ἱερεμίας λέγων 'ἀκάνθαις τῶν ἑαυτοῦ πταισμάτων ὁ λαὸς οὗτος περιεστοίχισέ με.' ὅτι δὲ καὶ χολὴν τραφήσεται καὶ ὄξος ποτισθήσεται, ὁ προφήτης Δαβὶδ λέγει 'ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος.' ὅτι δὲ ἐμπαιχθήσεται, Ἱερεμίας λέγει
B 'εἰς ἐμπαιγμὸν ἐγενόμην τῷ λαῷ τούτῳ.' ὅτι δὲ καὶ τοῖς δεσμοῖς αὐτῶν δεθήσεται καὶ σταυρωθήσεται ἐπὶ ξύλου παρὰ τῶν Ἰουδαίων, λέγει ὁ Ἔσδρας 'ἐδήσατέ με οὐχ ὡς πατέρα τὸν ῥυσάμενον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. κράζοντες ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ κριτοῦ ἐταπεινώσατέ με, κρεμασθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου παρεδώκατέ με.' ὅτι δὲ καὶ ταφήσεται, Ἱερεμίας λέγει 'ἐν τῇ ταφῇ αὐτοῦ ζωοποιηθήσονται οἱ νεκροί.' ἐν γὰρ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς ἐν τῷ τιμίῳ αὐτοῦ πάθει παρέδωκε τὸ πνεῦμα, οἱ τάφοι ἠνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη, ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ σεισμὸς μέγας κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην
C ἐγένετο. ταῦτα πάντα εἰ δυνηθῇς, ὦ Ἰουδαῖε, μὴ εἶναι παρὰ τῶν ὑμετέρων προφητῶν προκηρυχθέντα, ὡς ψεύστην ἐνίκησάς με. εἰ δ' ἀληθῶς παρ' ἐκείνων προφητευθέντα εἰσί, τοῖς σοῖς

21 δυνηθῇς δεῖξαι?

spoliandum, easque sorte divisum iri (Psal. 21) "diviserunt, inquit, vestes meas, et sorte amiculum meum duxerunt. accusatum iri a falsis testibus idem vates demonstravit (Psal. 26) "insurrexerunt, inquit, contra me testes iniusti. spinis coronandum Ieremias praedixit his verbis: populus hic spinis suorum peccatorum me circumdedit. quod autem fel pro cibo et acetum pro potu ei exhibendum aliquando esset, Davidus hoc oraculo praemonuit (Psal. 68): fel in cibum meum immiserunt, sitientique acetum bibendum obtulerunt. ludibrio habitum iri Ieremias rursum indicat: ludibrium, inquit, factus sum huic populo. quod Iudaei eum vincturi et in ligneam crucem acturi essent, Esdras praedixit: ligastis me non ut patrem, qui vos ex Aegypto liberasset; clamore ad tribunal iudicis me oppugnastis, oppressistis me, ac tradidistis in ligno suspendendum. sepulturam quoque eius Ieremias praedixit: cum, inquit, is sepelietur, ea res mortuis vitam reddet. quo enim tempore dominus noster Christus pretiosa sua in passione exspiravit, eo sepulcra sunt aperta, multique mortuorum sanctorum revixerunt; sol obtenebratus est, velum templi scissum, magnusque per totum orbem terrae motus fuit. haec omnia, Iudaee, si negare potes a vestris fuisse praedicta vatibus, mendacii sane me conviceris. sin ea vere sunt ipsorum oracula, tuis

ὀφείλεις πεισθῆναι προφήταις καὶ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος προσκυνῆσαι." Κωνσταντῖνος Αὔγουστος εἶπεν "εἰ ταῦτα ταῖς ὑμετέραις περιέχεται βίβλοις, περισσῶς ἀντιλέγετε, ὦ Ἰουδαῖοι, τῶν παθημάτων ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, ἅπερ κατὰ τάξιν προλεχθέντα ἐν τῷ Χριστῷ ἐπληρώθη." Αὐνᾶν Ἰουδαῖος λέγει "ὀφείλεις δεῖξαι ἡμῖν τὸ τεχθῆναι αὐτὸν καὶ κρατηθῆναι καὶ ὑβρισθῆναι καὶ ἐμπαιχθῆναι καὶ σταυρωθῆναι καὶ τεθνάναι καὶ ταφῇ παραδεδόσθαι." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη D "οὐκοῦν ἀνάγκη ἐστὶ πάσας σοι τὰς γραφὰς ἐκθέσθαι, ὅθεν πρῶτον ὁμολόγησον σᾶς εἶναι τὰς γραφὰς καὶ ἀληθεῖς ὑπάρχειν." Αὐνᾶν εἶπε "τὰ παρὰ τῶν προφητῶν λεχθέντα ἀληθῆ εἶναι πάντες ὁμολογοῦσιν. ἀλλὰ σὺ τὰ πρὸς ἄλλους εἰρημένα ἄλλους πεπονθέναι φῄς." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος εἶπεν "οὐκοῦν δίδως ἄλλον τινά ποτε χολὴν τραφέντα καὶ ὄξος ποτισθέντα καὶ ἀκάνθαις στεφανωθέντα καὶ σταυρωθέντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα." καὶ ἐπὶ πολὺ σιωπῶντος αὐτοῦ Κωνσταντῖνος Αὔγουστος ἔφη "εἰ ἄλλον ἐπιδεῖξαι Αὐνᾶν οὐ δύναται, γινωσκέτω ἑαυτὸν φανερῶς ἡττημένον." Δωὴκ Ἰουδαῖος λέγει "βασιλεῦ κράτιστε, Σίλβεστρος P 276 ἐπηγγείλατο δικαίας ἐρεῖν αἰτίας περὶ τοῦ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ παθεῖν." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἐπειδὴ τοίνυν ἀληθῆ τὰ προφητευθέντα εἰρήκατε, ὁμολογήσατε ὅτι ἡ παρθένος συνέλαβε καὶ ἔτεκε τὸν Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός." σιωπώντων δὲ τῶν Ἰουδαίων ὁ ἅγιος εἶπε "πάντως γινώσκετε ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὅτιπερ ἐκ πηλοῦ ἐποίη-

debes credere vatibus et nostrum Christum vel invitus adorare. Constantinus: si haec vestris continentur libris, supervacaneum est, o Iudaei, vos contradicere iis Christi perpessionibus, quas ordine vates ei eventuras praedixerunt, eorumque oracula Christus implevit. Aunan Iudaeus ait: debebas nobis demonstrare de Christo praedictum fuisse, eum nasciturum, captum, contumeliose tractatum et illusum cruciqne affixum moriturum, sepulturaeque traditum iri. Silvester: oportet ergo me omnes Scripturas exponere. prius tamen fatere te eas amplecti verasque iudicare. Aunan: vatum oracula esse vera, nemo negat. sed tu ad alios trahis quae de aliis sunt praedicta. Silvester: tu igitur alium profer, cui fel pro cibo, acetum pro potu sit exhibitum; qui spinis coronatus, crucifixus ac sepultus revixerit. Iudaeo aliquamdiu silente, Constantinus ait: si alium Aunan demonstrare non potest, sciat se citra omnem dubitationem superatum esse. Doeg Iudaeus inquit: optime imperator, Silvester pollicitus est se iustam editurum causam ob quam Christus nasci, a diabolo tentari et supplicium perpeti debuerit. ad haec Silvester: quoniam quidem oracula vatum vera esse fassi estis, confitebimini utique virginem gravidam esse factam, partuque Emmanuelem, quod nomen sonat deus nobiscum, edidisse. tacentibus Iudaeis addidit: omnino in sacris literis legistis, quomodo deus primum hominem

σεν ὁ θεὸς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, ὃς τῇ συμβουλίᾳ τοῦ ὄφεως ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου καὶ θανάτῳ περιπέπτωκεν. οὐκοῦν εἰπέ μοι, ὦ Ἰουδαῖε, ἡ γῆ ἀφ' ἧς ἐπλάσθη ὁ Ἀδάμ, ἄφθαρτος
B ἦν ἢ φθαρτή;" Κουσὴχ εἶπεν "ἄφθαρτος." Σίλβεστρος εἶπε "καλῶς εἶπας· ἄφθαρτος γὰρ ἦν καὶ παρθένος διὰ τὸ μήτε κατάραν αὐτὴν εἰληφέναι ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μήτε δὲ ταφὴν σώματος ἀνθρωπίνου ἐσχηκέναι. τοίνυν ἐχρῆν καὶ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας τὸν νέον Ἀδὰμ γεννηθῆναι, ὃς ὤφειλε τὸν νικητὴν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, τὸν πειράζοντα ὄφιν, νικῆσαι. καὶ ἐπειδὴ τὸν Ἀδὰμ διὰ βρώσεως ἐνίκησε, διὰ νηστείας ἡττήθη. ὁ γοῦν νικήσας τὸν διάβολον τὸν παράδεισον ἡμῖν ἀπέδωκε καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς τὰς πύλας ἠνέῳξε." καὶ ὁ Ἰουδαῖος εἶπεν "οὐ μόνον περὶ τῆς γεννήσεως τοῦ ὑμετέρου Χριστοῦ ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἐμ-
C παίξεως αὐτοῦ καὶ προδοσίας καὶ πάθους καὶ θανάτου ἐρωτηθείς, περὶ μόνης τῆς γεννήσεως ἐδίδαξας ὀλίγα τινά. ἀνάγκη οὖν ἐστὶ περὶ πάντων ἀπολογήσασθαι." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "περὶ τίνος ὁ μέγας Ἠσαΐας ἔφη 'ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. καὶ πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας, ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων.' καὶ ὁ Βαλαάμ 'ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ, καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς Μωάβ, καὶ προνομεύσει τοὺς υἱοὺς Σήθ, καὶ
D κατακυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν.' ὅτι μὲν οὖν ἄνθρωπος φανήσεται,

ex luto formaverit, qui homo serpentis consilio obsecutus paradiso eiectus mortique est addictus. iam ergo mihi, Iudaee, responde, terra ex qua fuit effictus Adamus, corruptioni fuitne exempta an subiecta? Cusech respondit fuisse exemptam. Silvester: recte dixisti. nam et virgo fuit terra ista, cum nondum spinis ac tribulis eam divina detestatio exposuisset, neque in ea ullum humanum corpus fuisset sepultum. ideo necesse erat novum Adamum ex Maria virgine nasci, ut hic serpentem, qui primum hominem tentando vicerat, vicissim vinceret ieiunando, sicuti Adamus cibo capto succubuerat. victor ergo diaboli paradisum nobis restituit vitaeque aeternae portas aperuit. tum Iudaeus: non modo cur natus esset Christus, sed etiam cur ludibrio habitus, proditus, supplicio affectus et mortuus, causam postulatus, pauca quaedam de nativitate eius docuisti. oportet autem de singulis te rationem reddere. Silvester: de quonam dixit magnus ille Esaias ista? (cap. 7) "ecce virgo concipiet, et pariet filium, quem Emmanuelem nominabunt? is antequam patrem aut matrem vocare discat, Damascum in suam rediget potestatem et Samariam diripiet ac regem Assyriae vincet." Balaami praeterea hoc est vaticinium (Num. 24) "sidus ex Iacobo orietur, homoque de Israele enascetur, qui principes Moabicos conterat et Sethi filios incursionibus laedat imperiumque in multas gentes occupet." his vaticiniis

διὰ τούτων προκαταγγέλλεται· ὅτι δὲ κύριος πάντων, προσημαίνουσι πάλιν οἱ προφῆται φάσκοντες 'ἰδοὺ κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. καὶ ἰδοὺ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς, καὶ τότε ἀνοιγήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀνοιγήσονται, καὶ ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων.' ἡ μὲν οὖν προφητεία θεὸν ἐπιδημεῖν λέγει, τὰ δὲ σημεῖα καὶ τὸν χρόνον τῆς παρουσίας γνωρίζει· τότε γὰρ ταῦτα πεπλήρωνται ἅπερ οὐδέ ποτε γεγόνασιν ἐν τῷ Ἰσραὴλ πρότερον. περὶ δὲ τοῦ πάθους αὐτοῦ πάλιν φησὶν 'ἄνθρωπος P 277 ἐν πληγῇ ὢν καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ μεμαλάκηται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτῷ. τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. καὶ ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;' καὶ ὁ Μωϋσῆς 'ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πιστεύσητε.' καὶ Δαβὶδ ἐκ προσώ- B που τοῦ Χριστοῦ λέγει 'ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς' καὶ τὰ ἑξῆς. ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν ἐλπὶς ἦν, ὁ μὲν Ἰακὼβ εἶπεν 'οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα

denuntiatum est eum hominem futurum. quod autem omnium rerum dominus futurus esset, rursum his verbis vates praedixerunt (Esa. 19) "ecce dominus insidet nebulae levi, suoque in Aegyptum adventu manu factos eorum deos concutiet." item (ibid. 35) "ecce dominus deus noster veniet, nosque eripiet. tunc aperientur oculi caecorum auresque surdorum, et claudus cervi instar saltabit, balbique diserte loquentur." hoc sane oraculum deum in terris ambulaturum ostendit, simulque certa signa temporis quo Christus adventurus esset indicat. tum enim ea impleta sunt, quae ante in Israelo nunquam facta fuerant. de aerumnis porro eius ita dicitur (Esa. 53) "homo plagis subiectus et miserias ferendi peritus ignominia affectus est ac pro nihilo habitus. is peccata nostra portavit, nostrique causa in doloribus fuit. ac nos quidem existimavimus eum laboribus verberibus ac miseriis subiectum: ipse vero sauciatus fuit peccatorum nostrorum causa, et propter delicta nostra aegrotavit. castigatus est, ut nobis pacem pareret, eiusque vibicibus nos sumus sanati. aufertur a terra eius vita: sed quis genus eius enarrabit?" Moses quoque ait (Deut. 28) "videbitis vitam vestram suspensam ante oculos vestros, et fidem non habebitis." Davidus porro in Christi persona sic loquitur (Psal. 21) "perfoderunt manus meas et pedes meos, vestesque meas inter se diviserunt" etc. praeterea in eo fuisse gentibus spem repositam, Iacobus his verbis testatur (Gen. 49) "nunquam deerit princeps Iuda ortus, et ductor ex femore eius egres-

ἄρα καὶ ὁ πατήρ. ἐπεὶ τίνι εἶπε 'ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν;' εἰ γὰρ εἰρήκει 'ποιήσω ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐμήν,' ἐδόκει ἂν τὸ τῆς μονότητος αὐτοῦ σημαίνειν. τὸ δὲ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν σαφῶς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὴν ἰσότητα ἐσήμανεν. οὐ γὰρ μεῖζόν τι προσλαβεῖν δύναται, ἐπειδὴ ἡλικίας αὔξησιν οὐκ οἶδεν· ἐλάττωσιν πάλιν οὐ δέχεται." Ἰωνᾶς ῥαβὶς εἶπεν "ἀνθρωπίνῳ
P 274 λογισμῷ οὐκ ἔστι δεκτέα ἡ πίστις. ποῖον γὰρ θεὸν συμβουλεύει οὗτος πιστευθῆναι, ὃν καὶ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὁμολογεῖ;" ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ὅταν ἀναγνῷς ἐν ταῖς βίβλοις περὶ μὲν τοῦ πατρός, ἡνίκα λέγει περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ 'υἱός μου εἶ σύ,' ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ 'αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, πατήρ μου εἶ σύ,' τότε εἴσῃ σαφῶς τὸ λεγόμενον, καὶ οὐδὲν ξένον περὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὑπολάβῃς λέξειν ἡμᾶς. περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἄκουε πάλιν τοῦ προφήτου σου λέγοντος καὶ εὐχομένου 'τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.' καὶ πάλιν ὁ αὐτός 'καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐ-
B τῶν,' τουτέστι τῶν οὐρανίων δυνάμεων." Κωνσταντῖνος Αὔγουστος εἶπε "θαυμάζω τῶν Ἰουδαίων τὸ ἀναίσχυντον· ἀπὸ πασῶν γὰρ τῶν οἰκείων γραφῶν πολυτρόπως ἡττώμενοι ἀκμὴν θέλουσί τινα κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιζητεῖν. ὅθεν ἐπεὶ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ ἱκανὸν γέγονεν, εἴ τι ἕτερα εἰσὶ δεικτέα, προσφερέσθωσαν." Γοδολίας Ἰουδαῖος εἶπεν "ἡμεῖς περὶ ἐκείνου λέγομεν τοῦ τεχθέντος, τοῦ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αὐτοῦ

principio esse. ad quem enim dixit (Gen. 2) "faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram?" nam si dixisset faciam, poterat videri unitatem suam innuere. cum autem dixit "secundum nostram imaginem," perspicue filium eumque sibi aequalem indicat. nihil enim se maius accipere potest, cum magnitudinis incrementum non admittat; ac ne minus quidem aliquid adsciscit. Rabi Ionas: humanae ratiocinationi non est adhibenda fides. qualem enim consulit ea deum credi, qui et pater dicatur et filius et spiritus? Silvester: cum in sacris literis legis de patre suum filium compellante (Psal. 2) "filius meus es tu," et alibi "is me patrem suum invocabit," tunc evidens tibi fiet quod dicimus, neque suspicaberis nos de sacra trinitate aliquid novi dicere. de spiritu autem sancto, rursum audi vatem tuum inter precandum sic dicentem (Psal. 50) "spiritum tuum sanctum ne auferas a me" et alibi (Psal. 32) "spiritu oris eius omnis illorum vis." loquitur autem de potestatibus caelestibus. Constantinus Augustus dixit: miror Iudaeorum impudentiam, qui multis modis ex universa sua scriptura convicti, tamen adhuc contra veritatem aliquid volunt conquirere. proinde quia de patre filio et spiritu sancto satisfactum est, proferant, si qua habent alia. Godolias Iudaeus: nos, inquit, de eo loquimur, qui natus fuit, qui, ut in eius

ἀναγεγραμμένου ηὐξηκέναι τε ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, καὶ πειρασθέντος παρὰ τοῦ διαβόλου, μετὰ δὲ ταῦτα πραθέντος παρὰ τοῦ οἰκείου μαθητοῦ, παραδοθέντος, κρατηθέντος, ἐμπαιχθέντος, φραγε- C λωθέντος, χολὴν σὺν ὄξει ποτισθέντος, ἀκάνθαις στεφανωθέντος καὶ γυμνωθέντος, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐσθῆτος ἐν κλήρῳ δοθείσης ἐπὶ σταυροῦ παγέντος, ἀποθανόντος καὶ ταφέντος." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ταῦτα πάντα ὡς προκηρυχθέντα ἐγράφη περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τῶν προφητῶν, σήμερον ἐπιδείξομεν. Ἡσαΐας γὰρ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως προείρηκεν οὕτως 'ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.' ὅτι δὲ καὶ ἀνθρώποις συναναστραφήσεται, ἄκουε τοῦ προφήτου Ἱερεμίου 'οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθή- D σεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.' ὅτι δὲ καὶ πειρασθήσεται ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ νικήσει αὐτόν, Ζαχαρίας ὁ προφήτης λέγει 'εἶδον Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα, καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν, ἐπιτιμήσαι σοι κύριος διάβολε.' ὅτι δὲ καὶ κρατηθήσεται, ἡ σοφία διὰ Σολομῶντος λέγει 'εἶπον ἐν ἑαυτοῖς οἱ ἀσεβεῖς, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστίν.' ὅτι δὲ καὶ παρὰ μαθητοῦ προδοθήσεται, λέγει ὁ ψαλμῳδός 'ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.' ὅτι δὲ καὶ ἐκδοθήσεται καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐν P 275

evangeliis describitur, statura et sapientia crevit; qui a diabolo tentatus, postea temporis a suo proditus discipulo, traditus, captus, illusus, flagellatus, felle mixtum acetum potatus, spinis coronatus, nudatus, vestibus suis sorte divisis, ipse cruci affixus, mortuus et sepultus est. Silvester: hodie demonstrabimus haec a vatibus de Christo omnia esse praedicta ac praescripta. de nativitate Christi Esaias (Esa. 7) "ecce virgo uterum feret, et filium pariet, cuius nomen dicetur Emmanuel." quod autem inter homines fuerit versaturus, audi Baruchum vaticinantem (Baruch. 3) "hic est deus noster, neque alius respectu eius reputabitur. hic invenit omnem viam scientiae, et eam tradidit Iacobo filio suo et Israelo dilecto sibi. post haec in terris visus est interque homines versatus." quod autem fuerit a diabolo tentandus et eum superaturus, Zacharias vates ita praedicit (Zach. 3) "vidi Iesum sacerdotem magnum stantem, adstabatque ad eius dexteram diabolus, ut ipsum tentaret. dixitque ei Iesus: diabole, dominus te increpet." comprehensum iri sapientia verbis Solomonis ostendit (Sap. 2) "dixerunt inter se impii, vinciamus iustum, quia nobis est incommodus." prodendum a discipulo suo, praedixit Psalmorum auctor (Psalm. 40) "is qui meo vescitur pane, calcem mihi impegit." idem vaticinatus est vestibus Christum

κλήρῳ δοθήσεται, προείρηκεν ὁ αὐτὸς προφήτης λέγων ‘διεμερί-
σαντο τὰ ἱμάτιά μου ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβα-
λον κλῆρον.’ ὅτι δὲ καὶ παρὰ ψευδομαρτύρων κατηγορηθήσεται,
ὁ αὐτὸς προφήτης εἶπεν ‘ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι.’ ὅτι
δὲ καὶ ἀκάνθαις στεφανωθήσεται, προείρηκεν Ἱερεμίας λέγων
‘ἀκάνθαις τῶν ἑαυτοῦ πταισμάτων ὁ λαὸς οὗτος περιεστοίχισέ με.’
ὅτι δὲ καὶ χολὴν τραφήσεται καὶ ὄξος ποτισθήσεται, ὁ προφήτης
Δαβὶδ λέγει ‘ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν
μου ἐπότισάν με ὄξος.’ ὅτι δὲ ἐμπαιχθήσεται, Ἱερεμίας λέγει
B ‘εἰς ἐμπαιγμὸν ἐγενόμην τῷ λαῷ τούτῳ.’ ὅτι δὲ καὶ τοῖς δεσμοῖς
αὐτῶν δεθήσεται καὶ σταυρωθήσεται ἐπὶ ξύλου παρὰ τῶν Ἰου-
δαίων, λέγει ὁ Ἔσδρας ‘ἐδήσατέ με οὐχ ὡς πατέρα τὸν ῥυσάμε-
νον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. κράζοντες ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ κρι-
τοῦ ἐταπεινώσατέ με, κρεμασθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου παρεδώκατέ
με.’ ὅτι δὲ καὶ ταφήσεται, Ἱερεμίας λέγει ‘ἐν τῇ ταφῇ αὐτοῦ
ζωοποιηθήσονται οἱ νεκροί.’ ἐν γὰρ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ὁ
δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς ἐν τῷ τιμίῳ αὐτοῦ πάθει παρέδωκε τὸ
πνεῦμα, οἱ τάφοι ἠνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμη-
μένων ἁγίων ἠγέρθη, ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, τὸ καταπέτασμα τοῦ
ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ σεισμὸς μέγας κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην
C ἐγένετο. ταῦτα πάντα εἰ δυνηθῇς, ὦ Ἰουδαῖε, μὴ εἶναι παρὰ
τῶν ὑμετέρων προφητῶν προκηρυχθέντα, ὡς ψεύστην ἐνίκησάς
με. εἰ δ᾽ ἀληθῶς παρ᾽ ἐκείνων προφητευθέντα εἰσί, τοῖς σοῖς

21 δυνηθῇς δεῖξαι?

spoliandum, easque sorte divisum iri (Psal. 21) "diviserunt, inquit, vestes meas, et sorte amiculum meum duxerunt. accusatum iri a falsis testibus idem vates demonstravit (Psal. 26) "insurrexerunt, inquit, contra me testes iniusti. spinis coronandum Ieremias praedixit his verbis: populus hic spinis suorum peccatorum me circumdedit. quod autem fel pro cibo et acetum pro potu ei exhibendum aliquando esset, Davidus hoc oraculo praemonuit (Psal. 68): fel in cibum meum immiserunt, sitientique acetum bibendum obtulerunt. ludibrio habitum iri Ieremias rursum indicat: ludibrium, inquit, factus sum huic populo. quod Iudaei eum vincturi et in ligneam crucem acturi essent, Esdras praedixit: ligastis me non ut patrem, qui vos ex Aegypto liberasset; clamore ad tribunal iudicis me oppugnastis, oppressistis me, ac tradidistis in ligno suspendendum. sepulturam quoque eius Ieremias praedixit: eum, inquit, is sepelietur, ea res mortuis vitam reddet. quo enim tempore dominus noster Christus pretiosa sua in passione exspiravit, ee sepulcra sunt aperta, multique mortuorum sanctorum revixerunt; sol obtenebratus est, velum templi scissum, magnusque per totum orbem terrae motus fuit. haec omnia, Iudaee, si negare potes a vestris fuisse praedicta vatibus, mendacii sane me conviceris. sin ea vere sunt ipsorum oracula, tuis

ὀφείλεις πεισθῆναι προφήταις καὶ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος προσκυνῆσαι." Κωνσταντῖνος Αὔγουστος εἶπεν "εἰ ταῦτα ταῖς ὑμετέραις περιέχεται βίβλοις, περισσῶς ἀντιλέγετε, ὦ Ἰουδαῖοι, τῶν παθημάτων ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, ἅπερ κατὰ τάξιν προλεχθέντα ἐν τῷ Χριστῷ ἐπληρώθη." Αὐνᾶν Ἰουδαῖος λέγει "ὀφείλεις δεῖξαι ἡμῖν τὸ τεχθῆναι αὐτὸν καὶ κρατηθῆναι καὶ ὑβρισθῆναι καὶ ἐμπαιχθῆναι καὶ σταυρωθῆναι καὶ
τεθνάναι καὶ ταφῇ παραδεδόσθαι." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη D
"οὐκοῦν ἀνάγκη ἐστὶ πάσας σοι τὰς γραφὰς ἐκθέσθαι, ὅθεν πρῶτον ὁμολόγησον σὰς εἶναι τὰς γραφὰς καὶ ἀληθεῖς ὑπάρχειν." Αὐνᾶν εἶπε "τὰ παρὰ τῶν προφητῶν λεχθέντα ἀληθῆ εἶναι πάντες ὁμολογοῦσιν. ἀλλὰ σὺ τὰ πρὸς ἄλλους εἰρημένα ἄλλους πεπονθέναι φῄς." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος εἶπεν "οὐκοῦν δίδως ἄλλον τινά ποτε χολὴν τραφέντα καὶ ὄξος ποτισθέντα καὶ ἀκάνθαις στεφανωθέντα καὶ σταυρωθέντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα." καὶ ἐπὶ πολὺ σιωπῶντος αὐτοῦ Κωνσταντῖνος Αὔγουστος ἔφη "εἰ ἄλλον ἐπιδεῖξαι Αὐνᾶν οὐ δύναται, γινωσκέτω ἑαυτὸν φανερῶς ἡτ-
τημένον." Δωὴκ Ἰουδαῖος λέγει "βασιλεῦ κράτιστε, Σίλβεστρος P 276
ἐπηγγείλατο δικαίας ἐρεῖν αἰτίας περὶ τοῦ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ παθεῖν." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἐπειδὴ τοίνυν ἀληθῆ τὰ προφητευθέντα εἰρήκατε, ὁμολογήσατε ὅτι ἡ παρθένος συνέλαβε καὶ ἔτεκε τὸν Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός." σιωπώντων δὲ τῶν Ἰουδαίων ὁ ἅγιος εἶπε "πάντως γινώσκετε ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὅτιπερ ἐκ πηλοῦ ἐποίη-

debes credere vatibus et nostrum Christum vel invitus adorare. Constantinus: si haec vestris continentur libris, supervacaneum est, o Iudaei, vos contradicere iis Christi perpessionibus, quas ordine vates ei eventuras praedixerunt, eorumque oracula Christus implevit. Aunan Iudaeus ait: debebas nobis demonstrare de Christo praedictum fuisse, eum nasciturum, captum, contumeliose tractatum et illusum crucique affixum moriturum, sepulturaeque traditum iri. Silvester: oportet ergo me omnes Scripturas exponere. prius tamen fatere te eas amplecti verasque iudicare. Aunan: vatum oracula esse vera, nemo negat. sed tu ad alios trahis quae de aliis sunt praedicta. Silvester: tu igitur alium profer, cui fel pro cibo, acetum pro potu sit exhibitum; qui spinis coronatus, crucifixus ac sepultus revixerit. Iudaeo aliquamdiu silente, Constantinus ait: si alium Aunan demonstrare non potest, sciat se citra omnem dubitationem superatum esse. Doeg Iudaeus inquit: optime imperator, Silvester pollicitus est se iustam editurum causam ob quam Christus nasci, a diabolo tentari et supplicium perpeti debuerit. ad haec Silvester: quoniam quidem oracula vatum vera esse fassi estis, confitebimini utique virginem gravidam esse factam, partuque Emmanuelem, quod nomen sonat deus nobiscum, edidisse. tacentibus Iudaeis addidit: omnino in sacris literis legistis, quomodo deus primum hominem

ται προεφήτευσαν, τὰς αἰτίας τῆς τοσαύτης ὕβρεως, τοῦ ἐμπαιγμοῦ τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου διασάφησον, ἵνα τοῦτον εἶναι
D τὸν ἐπηγγελμένον Χριστὸν καὶ ἡμεῖς ἅμα ὑμῖν ὁμολογήσωμεν." ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἔφη "ἐξ ἀρχῆς τοῦ αἰῶνος, ἀφ' οὗ ὁ ἄνθρωπος ἐκ τοῦ παραδείσου φθόνῳ διαβόλου ἐξεβλήθη καὶ θανάτῳ κατεδικάσθη, ἐκ τοῦ φυράματος πάσης ἀνθρωπότητος Ἀβραὰμ ἅγιος καὶ πιστὸς εὑρεθεὶς τούτου τοῦ ἐπαγγέλματος ἠξιώθη παρὰ θεοῦ, τοῦ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθήσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη. ἐκλεγεὶς οὖν διὰ τὴν τῆς πίστεως ἀξίαν ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, καὶ Ἰσαὰκ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. καὶ οὕτως ἄμεμπτοι εὑρέθησαν ὥστε τὸν παντοκράτορα θεὸν ἐνδιαθέτῳ ἀξίᾳ βούλεσθαι τὸ ἴδιον ὄνομα
P 280 ἐν τούτοις ὀνομάζεσθαι, λέγοντα 'ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ· τοῦτό μοι ὄνομα αἰώνιον εἰς γενεὰς γενεῶν.' ἀνεφύησαν οὖν αἰτίαι, ἃς νῦν μακρὸν ἂν εἴη καταλέγειν, ὥστε τοὺς υἱοὺς Ἀβραὰμ κατελθεῖν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ὑπὸ τὴν βασιλείαν Φαραώ. ἀλλὰ μεμνημένος τῆς ἑαυτοῦ ἐπαγγελίας ὁ θεὸς ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καθὼς πάντες ἴστε. ὕστερον δὲ ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ, τὸ κατὰ σάρκα, ἐτέχθη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἵνα ἡμεῖς ἀναγεννηθῶμεν ἐκ γαστρὸς τῆς παρθένου ἐκκλησίας. ἐπειράσθη, ἵνα ἡμεῖς λυτρωθῶμεν. ἐπράθη, ἵνα
B ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ. ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, ἵνα ἡμᾶς ἀνυψώσῃ. ἐκρατήθη παρὰ ἀνθρώπων, ἵνα ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ τῆς τῶν δαιμόνων αἰχμαλωσίας. ἔσχατον ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ἐθυσιάσθη, ἵνα

rias velim cur is tot iniuriis affici illudi cruciari ac mori debuerit, ut eum esse istum qui promissus est, nos quoque vobiscum confiteri possimus. Silvester: ab exordio mundi, ex quo invidia diaboli circumventus homo paradiso eiectus mortique addictus fuit, ex tota humani generis massa Abrahamum sanctum et fidelem repertum deus ista promissione dignatus est, fore ut eius semen omnibus populis beatitatem conciliaret. is ergo ob fidei dignitatem electus Isaacum genuit, Isaacus Iacobum. ita autem inculpatos sese illi gesserunt, ut cum deus omnipotens nominis sui dignitatem expresse testatam vellet facere, eorum se deum esse dixerit, ego, inquiens (Exod. 3), sum deus Abrahami, deus Isaaci ac deus Iacobi. hoc est nomen meum sempiternum per omnes aetates. causae proinde exstiterunt, quas hic commemorare prolixum sit, propter quas posteri Abrahami in Aegyptum devenerunt regnoque Pharaonis subditi fuerunt. sed suorum memor promissorum deus inde eos eduxit manu valida exsertoque brachio, sicuti omnes nostis. postea temporis ex Abrahami semine Christus quod ad carnem attinet, natus est de beata virgine, uti nos de novo virgo ecclesia gigneret. tentatus est, ut nos liberaremur, venditus, ut nos redimeret; se ipsum demisit, ut nos attolleret; captus est ab hominibus, ut nos a daemonum captivitate liberaret; denique in ligno crucis pro victima oblatus est, ut totius mundi peccata expiaret.

τὴν τοῦ παντὸς κόσμου ἁμαρτίαν ἀπαλείψῃ. ἀνέστη, ἵνα ἡμῖν ζωὴν παράσχῃ. ἀνέβη εἰς οὐρανούς, ἵνα ἡμᾶς συνυψώσῃ. κάθηται νῦν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, ἵνα ταῖς ἐκκλησίαις τῶν πιστῶν ἐπινεύῃ. ἐλεύσεται δὲ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ."

Ἐπὶ πολὺ οὖν διαλεχθέντος τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, καὶ σὺν πολλῇ ἀκριβείᾳ ἀποδεικνύντος ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰ περὶ τοῦ
Χριστοῦ, καὶ τῶν Ἰουδαίων μεγάλως ἡττηθέντων, ἔφη τις ἐξ C
αὐτῶν ὀνόματι Ζαμβρῆς πρὸς τοὺς λοιποὺς Ἰουδαίους "εἰ Σιλβέστρου λόγοις προσέχετε, ἀνάγκη τοὺς πατρῴους νόμους καταλιπεῖν καὶ ἀκολουθεῖν ἀνθρώπῳ ματαίῳ, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν κατεδίκασαν. ἀλλ' ἀκουσάτω μου ὁ βασιλεύς, καὶ ἐνεχθήτω ταῦρος ἄγριος, ὥστε με δεῖξαι σήμερον ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δύναμιν τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ ἡμῶν· οὐδὲ γὰρ διὰ ῥημάτων ἀλλὰ διὰ πραγμάτων βούλομαι δείκνυσθαι τὴν ἀλήθειαν." ὁ δὲ Σίλβεστρος παρακαλέσας τοιοῦτον ἐνεχθῆναι ταῦρον, ἠρώτησεν ἐν τῷ μεταξὺ τὸν Ζαμβρῆν "τίνος ἕνεκεν ἐπιζητεῖς τὸν ταῦρον;" καὶ φησίν "ἐπειδὴ τὸ ὄνομα
τοῦ ἡμετέρου θεοῦ οὐδεμία κτιστὴ φύσις ἀκούσασα ζήσεται, βού- D
λομαι διὰ τοῦ ταύρου τὴν ἰσχὺν ἀποδεῖξαι σαφῶς." πρὸς ὃν ὁ Σίλβεστρος ἔφη "καὶ σὺ ποίῳ τρόπῳ τὸ ὄνομα τοῦτο μεμάθηκας; ἆρα παρά τινος ἀκούσας ἢ ἀναγνούς;" ὁ δὲ εἶπεν "οὔτε χάρτης οὔτε λίθος οὔτε ξύλον ὑποδέξασθαι τὸ ὄνομα τοῦτο δύναται· ἐγὼ δὲ νηστεύσας καὶ εἰς ἀργυρᾶν λεκάνην καινὴν ὕδωρ ἐμβαλὼν τοῦτο μεμάθηκα." τούτων οὖν λεγομένων ἤχθη καὶ ὁ ταῦρος ὑπὸ

in vitam e mortuis rediit, ut nobis vitam largiretur. in caelum adscendit, ut nos secum eveheret. sedet nunc ad dextram patris, ut fidelibus precantibus annuat. veniet autem in fine mundi iudicatum vivos et mortuos, ac cuique dignam suis factis mercedem redditurus.

Cum disseruisset prolixe Silvester, Christique res ex sacris literis accuratissime demonstrasset, Iudaeique admodum superarentur, quidam eorum, Zambres nomine reliquos Iudaeos ita est affatus: si Silvestri sermones admittitis, necesse est vos leges maiorum vestrorum deserere, vanumque hominem sequi, quem illi morte multarunt. verum mihi imperator obsequatur, iubeatque ferum taurum adduci, ut hac ego die coram ostendam quanta vis sit nomini dei nostri. non enim verbis sed factis veritatem demonstrabo. Silvester imperatorem hortatus ut taurum talem iuberet adduci, interim Zambrem interrogat cur taurum requirat. Zambres: quia nomen nostri dei nulla creatura audire potest quin moriatur, volo eius vim in hoc tauro aperte monstrare. Silvester: quomodo ergo illud nomen tu didicisti? ex aliquone id audisti aut legisti? Zambres: neque charta neque lapis neque lignum eius nominis est capax. ego autem cum ieiunassem, in argenteam pelvim novam immissa aqua id addidici. his dictis simul etiam taurum multi viri undique funibus vinctum

